

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
LXVII

DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
XXXIV PARS

Ostpr. Fol., vol. 43, 45, 54, 55, 83, HBA, B, K. 1176, a. 1555-1556.

ediderunt

CAROLINA LANCKOROŃSKA et LUCIANUS OLECH



NON EXSTINGUETUR

ROMAE 1987

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

VIA VIRGINIO ORSINI 19 - ROMA

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA

(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-X):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De Archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituunt*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

ANTEMURALE, I-XXVIII, Romae, 1954-1985

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Camerae Apostolicae*. Collegit J. LISOWSKI, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565), 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).
- II — « *Liber Disparata Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424), 19 facs 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).
- III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787), 29 tab. 1961.
- IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603), 9 tab., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483, doc. (A.D. 1568-1682), 4 tab., 1962.
- VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc., (A.D. 1603-1629), 8 tab., glossarium verb., ang. ant., 1962.
- VII — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, II pars., Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676), 11 tab., 1962.
- VIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X+214, 157 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791), 7 tab., 1963.
- IX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, I pars. Coll. L. KOCZY, pp. XII+184, 98 doc. (A.D. 1526-1572), 8 tab., 1964.
- X — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, III pars. Coll. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. XVI+, 1399 doc. (A.D. 1568-1676), 12 tab., 1964.
- XI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+287, 214, doc. (A.D. 1567-1579), 7 tab., 1964.
- XII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. V+291, 163 doc. (A.D. 1571-1576), 5 tab., 1964.
- XIII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, I pars., Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+175 (A.D. 1598), 2 tab., 1965.
- XIV — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino Romae*, I pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VI+234, 177 doc. (A.D. 1575-1668), 4 tab., 1965.
- XV — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, IV pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VI+340, 211 doc. (A.D. 1576-1587), 5 tab., 1966.
- XVI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, V pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VII+336, 227 doc. (A.D. 1587-1590), 5 tab., 1966.
- XVII — *Res Polonicae ex Archivo Musei Britannici*, II pars. Ed. C. H. TALBOT, pp. VII+311, 169 doc. (A.D. 1411-1616), 2 tab., 1967.
- XVIII — *Collectanea ex rebus Polonicis Archivi Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Ed. W. WYHOWSKA DE ANDREIS, pp. VIII+256, 140 doc. (A.D. 1669-1676), 4 tab., 1968.

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE

**E L E M E N T A
AD FONTIUM EDITIONES
LXVII**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO
AD POLONIAM SPECTANTIA
XXXIV PARS**

Ostpr. Fol., vol. 43, 45, 54, 55, 83, HBA, B, K. 1176, a. 1555-1556.

ediderunt

CAROLINA LANCKOROŃSKA et LUCIANUS OLECH



NON EXSTINGUETUR

R O M A E 1 9 8 7

SUMPTIBUS
FUNDATIONIS
LANCKOROŃSKI
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE
VIA VIRGINIO ORSINI, 19 - ROMA

I N D E X R E R U M

Introductio	Pag.	VII
Abbreviationes	»	IX
Textus	»	3
Elenchus epistularum	»	179
Index personarum et locorum	»	187

INTRODUCTIO

Ex 276 epistulis, in hoc LXVII volumine Elementorum ad Fontium Editiones, et XXXIV seriei nostrae "Regiomontanae", quod in usum rerum gestarum studiosis destinamus, publici iuris factis, annis 1555-56 maximam partem (exceptis tribus) ab ipso duce Alberto in Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lithuaniae missis, 79 ad Sigismundum Augustum Poloniae regem datae sunt. Praeter litteras commendaticias et intercessorias, praeter scripta de limitum controversiis, de regundis finibus, de teloneis et vectigalibus, de novis et insuetis itineribus, de annuo ducis stipendio, de coemendis bobus etc., quae in omnibus fere voluminibus occurrunt, hic perspici et distinguere possunt duo genera epistularum, in quibus argumenta, ut ita dicamus, magis universa tractantur.

Itaque negotio religionis, vel potius reformationis ecclesiasticae, quod summae sane gravitatis et maximi momenti in tota fere Europa tunc temporis fuisse nemo est qui dubitet, in epistulis quoque ducis Alberti, hominis vere pii et Deum imo pectore colentis, priores deferuntur partes.

De veritate et bonitate "novae fidei", quam fere semper "religionem puram" appellat, firmissime persuasus, dux officii sui esse arbitrabatur sub tutelam et patrocinium suum recipere omnes, qui eandem cum ipso religionem profitebantur, etiamsi longius a Ducatus sui finibus vitam agerent. Itaque non paucis epistulis operam suam apud regem interponit pro Elbingensibus, qui, sicut et aliarum Prussiae Regalis civitatum incolae, ad amplectendam novam religionem procul dubio procliviores erant et se ab ipsorum pastore, episcopo Varmiensi Stanislaeo Hosio, vexari et persecutionem pati querebantur. Qui episcopus, in negotio religionis principalis ducis adversarius, non minore studio et ardore ad veterem fidem defendendam intentus, vehementer a duce accusatur et reprehenditur.

In aliquot epistulis dux Albertus intercedit etiam pro Toruniensibus et Gedanensibus, qui se etiam ab episcopo in negotio religionis opprimi et vexari queruntur, necnon pro novae fidei praeconibus, verbi ministris et concionatoribus, qui non raro sub patrocinium et tutelam eius confugiunt. Praeter epistulas, in causa religionis directe ad regem datas, eiusdem fere tenoris litterae ad alios quoque, ex.gr. ad Nicolaum Radziwill "Nigrum" (33 epistulae) et Gabrielem Tarło (32), novam fidem vel iam amplexos vel ei certo faventes, a duce mittebantur.

Cum reformatione ecclesiastica artissime coniunctae sunt res publicae in genere, quae in scriptis hic editis abunde tractantur. Geritur inprimis, inter Poloniam et Ordinem Livoniensem, bellum Livonicum, controversia inter eundem Ordinem, sub tutela et protectione Imperii Romani manentem, et archiepiscopum Rigensem Gulielmum, ducis in Prussia fratrem, provocatum. Dux Albertus ferventer pro fratre, in captivitatem abducto et interdum in extremo vitae discrimine versante, apud regem et summos Regni proceres per litteras et legatos operam suam interponit et auxilium implorat. Ex quibusdam epistulis clare sequitur eum vehementer timuisse, ne principes Imperii Ordinem Livo-

*niensem armis defendere et bello aperte interesse vellent, eo vel magis, quod bannum imperiale, quo ab initio principatus sui in Prussia Imperio proscrip-
tus esset, nunquam abrogatum sit. Ad auxilia fratri ferenda regem omnimodo
adigere cupiens, dux Albertus non dubitat eum admonere periculorum, quae,
sua quidem sententia, ex bello Livonico et ex parte Moscoviae (cfr. n. 4216) toti
Regno Poloniae et ditionibus ei subiectis in posterum oriri possent. Eiusmodi
timores, ut scimus, non erant omnino inanes.*

C.L.

ABBREVIATIONES

El.	Elementa ad Fontium Editiones
H B A	Herzogliches Briefarchiv
Heiml. Reg.	Heimliche Registranden
K.	Kasten
M.D.L.	Magnus Ducatus Lithuaniae
Ostpr. Fol.	Ostpreussische Folianten
R.P.	Regnum Poloniae

TEXTUS

1555

N. 4198.

E Regio Monte, 10.I.1555.

*Albertus dux in Prussia
Lucae a Górká, castellano Brestensi,
pro curru et equis gratias agit; excusatione eius de tardiore currus cum equis
missione et ad nuptias sororis non vocatione opus non fuisse nuntiat.
Cfr. El. XL, N. 1471.
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 866-868.*

Lucae Comiti de Gorca et Castellano Brestensi etc., X Ianuarii.
Agit gratias pro curru et equis missis, scribitque excusatione Magnificentiae Suae opus non fuisse, tam quod currum tardius miserit, quam quod ad sororis¹⁾ nuptias Celsitudinem Suam non invitaverit.

Albertus etc.

Magnifice ac Genereose, Amice ac Frater nobis charissime.

Literas cum rheda et equis quattuor, ab Magnificentia Vestra nobis missas, accepimus. Quae duplici nobis nomine et gratissimae fuerunt simul et iucundissimae, cum quod amanter scriptae erant et singularem quandam propensionis Magnificentiae in nos Vestrae significationem edebant, tum quod munus sane praestantissimum atque per omnia elegans adiunctum habebant, cuius dignitatem iusta aequare actione gratiarum non possumus. Agnoscimus autem hoc tam insigni benevolentiae testimonio Magnificentiam Vestram et sui in nos amoris abundantiam prodere, et amicitiam utriusque nostrum arctiore et indissolubili quasi vinculo colligare. Tametsi noster in Magnificentiam Vestram inclitamque eius familiam amor a multis iam annis tantus est tamque alte radices egit, nihil ut ei fere superaddi possit. Itaque Magnificentia Vestra sibi id de nobis [f. 867] persuadeat, quicquid studiorum est nostrorum benevolentiaeque nostrae, iure quasi aliquo sibi illud vindicare atque eo, quantum rationes nostrae ferunt, uti liberum ei per nos esse.

Ceterum excusatione Magnificentiae Vestrae, quod tardius ad nos currum cum equis miserit, non opus erat. Quemadmodum enim ipsi ex nobis iudicium sumimus^{a)}, ita facile credimus Magnificentiam quoque Vestram non levibus distineri occupationibus, quamquam nos potius deprecatione aliqua ad Magnificentiam Vestram uti deceret, quod importunius fortassis debito oneri et molestiae in conquirendis elegantissimis istic equis ei fuerimus. Sed latere Magnificentiam Vestram nolumus, cum ab Illustri Principe, Domino Ioanne Alberto Duce Megapolensi, filio nostro charissimo,

rogaremur, ut eiusmodi currum cum equis eius Illustritati amice compararemus, essetque in his terris vectionis eiusmodi nulla consuetudo, nedum equi ad eam apti, recurrendum nobis esse duximus ad Magnificentiam Vestram, veteris illius dicti memores: eos demum amicos, quos habemus charos, in necessitate requiri. Verum si importunitati hoc nostrae non patrocinatur, veniae tamen qualemcumque apud Magnificentiam Vestram locum ut consequatur, petimus.

Alteram quoque excusationis Magnificentiae Vestrae partem, quod ad sororis suae nuptias¹⁾ nos non invitavit, aequae ac priorem supervacaneam ducimus. Eius enim rei causas, per se [f. 868] excusationi iuste sufficientes, non modo libenter admittimus, sed ne in cogitationes quidem nostras secus aliquid sumimus. Pro ea enim, quae nobis est cum Vestrae Magnificentiae familia, amicitiae necessitudine ita affecti sumus, nihil ut illam animo evellere nostro possit, nedum diversam in suspicionem nos pertrahere. Precamur autem, ut eidem Magnificentiae Vestrae sorori matrimonium sit illud faustum et felix, omnique ex parte secundissimum. Quod reliquum est, cupimus, ut Magnificentia Vestra aliud sibi de nobis nihil quam quod ab amico et benevolo polliceatur Principe. Ea enim, qua desideratissimum Magnificentiae Vestrae parentem prosequuti sumus voluntate, Magnificentiam quoque Vestram totamque eius familiam prosequi et quavis occasione oblata commodis eorum provehendis studere, quoad vixerimus, curae nobis erit. Ad extremum cupimus Magnificentiam Vestram longa incolumitate rebusque omnibus florentibus perfrui. Datae Regiomonti ut supra.

A. M[untzer]

a) in ms. summus.

1) Catharina a Gôrka in secundis nuptiis Raphaeli Dziatynski nupsit.

N. 4199.

E Regio Monte, 10.I.1555.

Albertus dux in Prussia

Eustathio Trepka

pro successus rerum omnium precatione et rheda cum equis sibi missa gratias agit; de rixis Cracoviae inter proceres exortis dolet; Regni Hungariae afflictionem se dolenter ferre scribit et censet Deum orandum esse, ut ecclesiam suam «in Petri navicula fluctuantem» conservet.

Cfr. El. XLV, N. 114.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 868-870.

Eustachio Trepka, X Ianuarii.

Gratias agit pro comprecatione felicis successus rhedae et equorum, proque novis, quae Cracoviae et in Ungaria acciderunt, communicatis.

Generose, Fidelis nobis dilecte.

Quod literis Generositas Tua nos invisit suis, est id nobis pergratum. Videtur enim illud non tam ex officio, quam singulari [f. 869] quodam in nos dependente affectu facere. Ac primo quidem, quo pro sua in nos obser-

vantia rerum omnium successus laetos usumque rhedae cum equis ad nos missis et commodissimum et diuturnum nobis precatur, in eo Generositatem Tuam recte et candide omnia facere agnoscimus, proque nostra in illam clementia gratum habemus ac Generositati vicissim Tuae valetudinem bene affectam et secunda quaevs optamus.

De tumultu et rixis, Cracoviae inter primarios illos Regni exortis, dolemus. Neutri enim parti eum casum obvenisse vellemus, sed quia ita accidit, precamur, ut in gratiam animis illorum reductis quieta et salva sint omnia.

Quod tertia literarum parte de afflictione Regni Ungariae scribis, dici vix potest, quam id dolenter intellexerimus. Sed Deo suum esto iudicium, qui imperia et regna, prout visum ei est, gubernat, transponit et mutat, poenasque eiusmodi irrogat, ut exemplo et paenitentiae sint aliis. Sed orandum est Christus, ut iram aeterni patris sui intercessione sua mitiget, nec ecclesiam suam penitus extingui patiatur, sed in Petri navicula fluctuantem conservet, suos protegat et precibus paenitentiae nostrae somno excitatus vim ventorum reprimat. Quod vero Generositas Tua metuit, ne et hoc incendium Poloniae Regnum urat, in eo Generositas Tua aequè illud agit, quod multi verentur alii, siquidem vulgare [f. 870] est: tua res agitur, paries cum proximus ardet. Sed conversi ad Deum precibus nostris eius misericordiam imploremus, ut quam meriti sumus poenam, pro sua benignitate vel prorsus tollat, vel saltem leniat. Quod ut fiat, assiduis nostris orationibus nos quidem pro infirmitate nostra quotidie flagitamus. Haec rescribenda Generositati Tuae ducebamus, cui fausta omnia obvenire optamus, quodque facis, crebrius ad nos literas ut des, cupimus. Datae Regiomonti ut supra.

A. M[untzer].

N. 4200.

E Regio Monte, 11.I.1555.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro quibusdam subditis regiis et suis, a Stanislao Kostka, palatino Culmensi, in negotio quodam iam regiis decretis et mandatis diiudicato molestatis, intercedit et rogat, ut causam hanc Stanislao Myszkowski, capitaneo Marienburgensi, cognoscendam committat.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 870-872.

Regi Poloniae, XI Ianuarii.

Petit subditis quibusdam et Maiestatis et Celsitudinis Suae iustitiam administrari.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrino Charissime.

Graviter mihi questi sunt et S. Regiae Vestrae Maiestatis et meorum subditorum aliqui, variis sibi impetitionibus a Magnifico Stanislao Kostka, Palatino Culmensi, in negotio quodam, aliquot iam S. Regiae Vestrae Maiestatis decretis, mandatis et confirmationibus diiudicato, aegre fieri. Et quia omnes litigantium actiones non ita pridem ex terris Maiestatis Vestrae

Prussiae istuc ad iudicium eiusdem remissae essent, se quoque cogi non levibus cum impensis hunc causae suae advocatum ad S. Regiam Vestram Maiestatem mittere. Is, ut negotio in hoc per se iusto, et facilem ad S. Regiam Vestram Maiestatem aditum et aequissimum, sicut antea, in eo ipso iudicem habere possit, petiverunt a me iidem subditi commendari S. Regiae Vestrae [f. 871] Maiestati tam procuratorem, quam ipsam quoque illorum causam. Quorum precibus, cum quod tam S. Regiae Vestrae Maiestatis quam meis quoque subditis subventum cupiam, tum quod causam agere iustam videntur, abnuendum esse non putavi. Itaque S. Regiam Vestram Maiestatem maiorem quo possum in modum oro, ut posteaquam ex hoc subditorum utriusque nostrum advocato causae totius statum cum exhibitione decretorum S. Regiae Vestrae Maiestatis, et quae praeterea scire illam referet, cognoverit, Dominum se ei et clementem et favorabilem praebeat, ut et S. Regiae Vestrae Maiestatis et mei quoque subditi illud, quod optimo eis competit iure, per definitivam tandem S. Regiae Vestrae Maiestatis sententiam consequantur, nec tot frivolis vel potius captiosis molitionibus negotium vel molestia illis a Palatino Culmensi porro detur, sed perpetuum ea in causa, sicut factitatum iam est antea, ab S. Regia Vestra Maiestate silentium parti adversae imponatur.

Rectissime autem S. Regia Vestra Maiestas factura videretur, quoniam plurimis est occupata negotiis, causam ut hanc Magnifico Domino Stanislao Miskowski¹⁾, Capitaneo Marienburgensi, cognoscendam committeret, ut citra longam aliquam procrastinationem celerior fieret iustitiae administratio. Quod facturam haud gravatim esse S. Regiam Vestram Maiestatem confido, ubi causas suspecti iudicis Palatini Culmensis ex hoc advocato cognoverit. Pluribus haec a S. Regia Vestra Maiestate peterem, nisi iustitiae et aequitatis illam scirem longe esse amantissimam, ut mihi omnino persuadeam locum intercessioni apud eandem meae fore haud difficilem. [f. 872] Factura in hoc S. Regia Vestra Maiestas rem mihi gratissimam, subditos autem meos, et qui litis eorum consortes sunt, perpetua observantia sibi devinciet. Quod reliquum est, precor, ut S. Regia Vestra Maiestas longos et felicissimos vivat annos. Datae Regiomonti.

A. M[untzer].

1) Myszkowski.

N. 4201.

E Regio Monte, 11.I.1555.

*Albertus dux in Prussia
Andreae Lewicki, capitaneo Pomnichoviensi,
litteras eius una cum pecuniae summa, sibi mutuo data, se accepisse nuntiat,
cautionem eiusdem pecuniae et responsum in negotio eius per capitaneum suum Soldaviensem brevi missurus.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 872.

N. 4202.

E Regio Monte, 17.I.1555.

Albertus dux in Prussia

Catharinae reginae Poloniae

ostrea a regina desiderata se ei mittere non posse, cum eiusmodi ostrea in aquis suis non inveniatur; effigiem sororis eius, defunctae reginae Elisabeth, «veris coloribus quam diligentissime depictam», mittere promittit.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 873-874.

Reginae Poloniae Iuniori, XVII Ianuarii.

Scribit non haberi in his terris ostrea. Pollicetur se effigiem sororis suae Elisabethae¹⁾ missurum.

Serenissima Regina, Domina Clementissima.

S. Reginalem Maiestatem Vestram officiosissime celare non possum, me non modo in Ducatu meo homines, littorum maris scientes, ad pervestiganda et colligenda ostrea emisisse, verum etiam ad Gedanenses accurate scripsisse, ut in suis littoribus idem faciendum curarent. Sed quemadmodum S. Reginalis Vestra Maiestas ex suo servitore, quem hoc nomine istinc miserat, clementer intelliget, omnis labor in quaerendis ostreis fuit inanis. Nihil siquidem ostreorum eius generis, quo S. Reginalis Vestra Maiestas delectatur, in his locis esse dicitur. Quapropter S. Reginalem Maiestatem Vestram etiam atque etiam obnixè oro, ut me hoc nomine clementer excusatum habeat sibi certo persuadeat me S. Reginali Maiestati Vestrae omnibus in rebus, quoad recte fieri potest, ex animo gratificaturum.

Quod ad effigiem Serenissime Reginae Elisabethae piissimae memoriae attinet, quam S. Reginalis Vestra Maiestas a me habere desiderat, dabo operam, ut primo quoque tempore veris coloribus quam diligentissime depingatur et ad vivam formam quam fieri potest exactissime exprimatur. Quam quidem effigiem, ut primum parata fuerit, S. Reginali Maiestati [f. 874] Vestrae praesentandam curabo, submisse vehementerque petens, S. Reginalis Vestra Maiestas hanc moram aequo animo ferre dignetur. Id erga S. Reginalem Maiestatem Vestram etc. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

1) prima uxor Sigismundi Augusti († 1545).

N. 4203.

E Regio Monte, 18.I.1555.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

a rege vocatus petit sibi significari, utrum statim se ad regem conferre debeat, an primum filiam suam ad nuptias cum duce Megapolensi celebrandas in Germaniam profecturam comitari et post reditum inde regem invisere possit.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 874-876.

Regi Poloniae, XVIII Ianuarii.

Scire desiderat, utrum filiae ad nuptiarum solemnia¹⁾ comes esse viae debeat, an vero S. Regiam Maiestatem Suam accedere.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Memini non ita pridem Generosum Gabrielem Terla ad me scripsisse, percupere S. Regiam Vestram Maiestatem, ad se ut venirem. Cui, posteaquam meam filiam instituto itineri expedivissem, venturum me ad S. Regiam Vestram Maiestatem recepi. Latere autem S. Regiam Vestram Maiestatem nolo, hoc die ad me plerosque ex Germaniae Principibus, sanguinis et arctae necessitudinis vinculo mihi iunctos, perscripsisse. Qui omnes me peramicie hortantur obtestanturque, ut filiae meae nuptiarum solemnibus interesse velim, meque propter ardua quaedam negotia ad colloquia et sermones quosdam intimos ad se conferrem. Prae reliquis autem maiorem quo potest in modum gener meus, Illustris Dominus Ioannes Albertus Dux Megapolensis, a me contendit, mea ut praesentia illas nuptias ornem, tum vero eam praecipue ob causam, quod cum inimicitiae, quas Sua Illustritas cum fratre ex proximo bello [f. 875] habet, nondum deferberint, sperare se me authoritate et aliorum Principum opera accedente rem haud difficulter componendam iri.²⁾ Etsi autem in hac mea senecta veteres amicos meos et salutare perlibenter, et sermones cum illis non tam mihi, quam S. quoque Maiestati Vestrae Regiae utiles et commodos, conferre pervelim atque pro singulari in meam filiam amore meo non tam comes ei itineris esse, quam istic locorum etiam, ubi porro vectura est, sibi recte consultum cupiam, ne stante fratrum discordia ipsa in mansionem mittatur tristitiae et maeroris plenam. Contra vero et S. Regiae Vestrae Maiestatis imperata [nihil] facere, uti debeo et par est, obligatum me agnosco plurisque mihi favor et gratia Domini mei, quam quaevis alia facienda sunt.

At cum non minus ex re S. Regiae Vestrae Maiestatis quam mea futurum sit, si, ut petunt, amicos meos Principes videndi facultas detur, rogatam S. Regiam Vestram Maiestatem habeo, ut mihi significet, an per eiusdem negotia et cum bona illius venia eam profectionem suscipere, meque filiae meae comitem addere mihi liceat. Sin vero ea ipsa S. Regiae Vestrae Maiestatis negotia moram eam, donec ab amicis meis rediero, ferre non poterunt, sintque talia, ut festina mea opus habeant praesentia, tum sane, posthabitis aliis omnibus, me oboedientem ad S. Regiam Vestram Maiestatem conferam. Itaque S. Regiam Vestram Maiestatem, quid hoc in casu fieri velit, me quam citissime ut doceat, summopere oro. Non enim committam, [f. 876] ut vel levissimae offensionis ansa a me S. Regiae Vestrae Maiestati, quam non modo omnibus meis fortunis, amicis et facultatibus, se vitae etiam praefero meae, detur etc. Datae Regio Monte etc.

A. M[untzer]

z) sic in ms.

1) agitur de nuptiis filiae ducis Alberti Annae Sophiae cum Ioanne Alberto duce Megapolensi.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

de opera sua hactenus in negotio matrimoniali sororum regis apud regem Sueciae praestita nuntiat et scire cupit, quid porro in eodem negotio sibi faciendum sit.

Ostpr. Fol., vol. 83, Heiml. Reg., ff. 523-525.

Regi Poloniae, 22 Ianuarii anno 55.

Serenissime Rex etc.

Binas S. Regiae Vestrae Maiestatis literas, quibus me hortatur, ut matrimonia Serenissimarum Maiestatis Vestrae sororum¹⁾ promoveam, una cum literis Serenissimae parentis suae²⁾ accepi, quarum sensus, repetita aliquoties earum lectione, probe mihi cognitus est. Minime autem ad me opus fuisset tanta gratiarum actione de studio qualicumque meo, quod hactenus in elocandis S. Regiae Vestrae Maiestatis sororibus [f. 524] impendi. Cum enim obligatum me ad hoc agnoscam, cupivi saltem extare testimonium aliquod fidei et curae in Serenissimam eius familiam meae. Et ne nunc quidem desiderare in me paterer aliquid, si modo recte id, quod S. Regia Vestra Maiestas postulat, agi posset. Obscurum enim esse S. Regiae Vestrae Maiestati non puto, quid Serenissimus Sueciae Rex³⁾ de hoc matrimonio contrahendo mihi responderit, nempe missurum se, priusquam certi aliquid constitueret, aliquem, qui et aulae Polonicae conditionem et rerum istic omnium statum indagaret. Quem etsi ex literis Serenissimae parentis Maiestatis Vestrae Warsoviae agere intelligo, illumque hoc iter habuisse nunc demum ex meis cognosco, quia tamen neque salutatio, neque sermo ullus mihi cum eo intercessit, sciri ea, quae hanc ad rem facerent, non potuere. Quamquam ne ex ipsis [quidem] Serenissimae parentis Maiestatis Vestrae literis aliquid certi liquet. Sunt enim sermones, quos Suecus iste Warschoviae habuit, vulgares tantum et in specie nihil concludentes. Idcirco non video, quonam argumento id, quod et Maiestas Vestra Regia et mater illius Serenissima contendit, aggredi iterum queam, nisi ita Maiestas Vestra fieri velit, ut denuo aliquem ex intimis meis servitoribus in Sueciam ablegem, occasione inde sumpta, [f. 525] quod cum eius Serenitas se propediem missurum recepisset aliquem, qui de rebus Polonicis percontaretur omnia, et tunc demum, quae Serenitatis Suae esset voluntas, se indicaturam, mirari me qui fiat, quod neminem adhuc ex suis eam ad rem deputasset. Tametsi non praetermissem animum quoque S. Regiae Vestrae Maiestatis interea temporis explorare. De quo cum mihi iam constaret, denuo nuntium hunc meum ad Serenitatem Suam mittere me decrevisse, ut voluntas quae Serenitatis Suae esset, eidem meo nuntio in aurem quasi concrederet. Quamprimum enim edoctus ab Serenitate Sua forem, quid de hoc matrimonio conciliando constituisset, desideratum iri, quamquem et hoc extra decorum esse subvereor. Tamen quia cito confici hoc negotium Serenissima parens Maiestatis Vestrae postulat, non commodius argumentum ex tempore mihi occurrit quam hoc, quod commemoravi, nisi quid prudentius aut rectius S. Regia Vestra Maiestas secum deliberaverit. Itaque oro S. Regiam Vestram Maiestatem, ut quid factum velit, me primo quoque tempore doceat mandetque. Quo cognito nihil studii,

operae seu diligentiae in me deerit, sed lubens imperata Maiestatis Vestrae faciam. Literas quoque Serenissimae parentis Vestrae Maiestatis, sicut postulat, ei remitto.

And. Muntzer.

- 1) *Sophia, Anna, Catharina.*
- 2) *Bona.*
- 3) *Gustavus I.*

N. 4205.

E Regio Monte, 24.I.1555.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro Eustachio Vogelweider («cuius opera multos annos in officio monetario usus sum»), *causam de quadam pecuniae summa, ab heredibus Francisci Richter, civis olim Posnaniensis, et uxoris eius sibi debita, in iudicio civitatis Vilnensis (ubi uxor Francisci Richter mortua est) habente, intercedit et petit, ut rex utriusque partis rationes diligenter audiat et perpendat, quo auctoritate regia accedente subdito suo eo facilius iustitia administretur.*
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 876-879.

N. 4206.

S.l., 24.I.1555.

Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
pro Ioanne Menicke, subdito suo, intercedit et petit causam eius ita promoveri, ut debitam sibi a thesaurario Constantini [Ostrogski] pecuniae summam sine mora consequi possit.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 45, f. 241.

N. 4207.

E Regio Monte, 26.I.1555.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro Ioanne Lochnicki, de homicidio accusato («quo nobilis quidam Polonus Vilnae in tumultu quodam interfectus est») *intercedit et rogat, ut ei rex litteras salvi conductus concedat, quo se Vilnam conferre et «innocentiam suam docere ibique secure vivere queat».*
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, f. 879.

N. 4208.

E Regio Monte, 26.I.1555.

Consiliarii Alberti ducis in Prussia

Hieronymo Modliszewski, capitaneo Lomzensi et Colnensi,

subditum quendam ducis Alberti, litterarum exhibitorem, «ratione hereditatis cuiusdam, qua iniuste cum coheredibus suis se eiectum queritur», negotium cum quibusdam subditis eius habentem, commendant.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 879-880.

N. 4209.

S.l., s.d. [m. Ianuario], 1555.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarto, magistro curiae reginae Catharinae,

de opera sua apud regem Sueciae adhibita et adhuc adhibenda in commisso sibi a rege et regina Bona negotio (matrimoniali reginularum Poloniae).

Cfr. El. XLIII, N. 169

Ostpr. Fol., vol. 83, Heiml. Reg., ff. 519-523.

An hern Gabrieln Terla.

Wir fugen euch in gnaden zu vornehmen, das uns eur schreyben, den 29 Decembris jungst vorschienen zur Wilna datirt, behendigt, welchs wir vorlesen, inhalts, den wir lengicht zu erwidern nicht vor nöttigk achten, lesende eingehenomen.

Soviel nun anfangs den handel mit Schweden betrifft, vormergken wir, wes sich die ko.mt. derhalben mit euch underredet, und das vermuge solcher underredung, soviel erscheinet durch des, wes wir in solchem handel gethan, irer ko.mt. zu gnedigem gefallen beschehen, und das ire ko.mt. noch gnedigst begeren, wir, ungeachtet, wes andere leuthe darzu gesinnet sein mugen, solches handel mit fleis vortsetzen wolten. Nun solle es die ko.mt. gewisse dafur achten, das wir uns pflichtig und schuldig erkennen, in allem dem, des irer [f. 520] ko.mt. und derselben ko. hause zun ehren gereichen mochte, unsere gernige dienstwilligkeit zu erweisen, solle auch, ob Gott wil, an treue, fleis und geneigtem willen nicht der wenigste mangel erfunden werden. Wir konnen aber bey uns nicht schlissen, mit was frucht wir ethwas in dem handel dieser zeit thun und vortsetzen konnen. Dan wir zweifeln nicht, die ko.mt. werde sich wol erinnern, das die anthworth, so wir vom konige zu Schweden¹⁾ erlangt, meldet, das se[ine] ko.mt. durch iren gesandten, welchen sie dieser orth abzufertigen gesonnen, aller umbstende und gelegenheit erkundigen wolle. Wan solches geschehen und es Gottes wille were, so wolten se[ine] ko.w. sich zu uns, unserm erpieten nach, verhoffen, wir wurden uns hirin uf s.ko.w. ferner ansuchen mit treuhertzigem rath und wolmeynen erzeigen.

Nun ist von s[eine]r ko.w. bis anhero bey uns keine fernere ansuchung geschehen, und obwol ein schwedischer secretarius alhie durchgezogen, hat er uns [f. 521] doch nicht angesprochen, besonder ist, wie wir nicht anderst wissen, nach der ko.mt. zu Polen vorreisest. Solte nu derselbe bewuster hendel halben bevel gehabt haben, zweifeln wir nicht, do es gleich heimlich gewesen, es werde sich dennocht zum wenigsten ethwas geuusst haben.

Weil aber inhalts der schwedischen andtworth von demselben konige alhie bey uns niemandts gewesen, können wir nicht erachten, wie wirs wol bey s.ko.w. weyter solcher hendel halben fuglichen anhalten können. Im fall aber, do es die ko.mt. zu Polen, unser gnedigster herr, vor guth ansehe, seint wir unbeschwert, widerumb an die ko.w. zu schicken und umb entliche erkundigung irer w. gemuts anzuhalten, mit angehengtem erpieten, do se[ine] ko.w. uns in den hendlen zu vortrawen gedechten und zu dem ko. hause zu Polen mit der heyrath neigung hette, das wir uns mit unserer freuntlichen beforderung noch, wie wir uns dessen zuvorn erpotten, wilferig erzeigen wolten.

Do nu die ko.mt. solches vor guth ansehen und derhalben nit bedencken haben, seint wir solches vortzusetzen gantz willig. Wir aber haben nurt die beysorge, das villeicht nicht vormergkung [f. 522] geschepft, als kemen die sachen von der ko.mt. und wurden durch ire mt. angeschiftet. Doch stellen wir solches alles unserm gnedigsten konige und hern in derselben königliches hohes bedencken, und solle uns uber irer ko.mt. bedencken nichts, auch das nicht abhalten, das derselben frau mutter²⁾ uns vor dieser zeit auferlegt und geschriben, das hie ist ad marginem geschriben gewesen in der copia, das der konigin worthe zu nehmen weren. Wo aber dieselben worthe sein mugen, weis Gott etc.

Soviel die kriegshandlung mit dem Muschcowitter³⁾ angehet, haben wir hiebevorn uf unsere pflicht unser bedencken dargethan und können wol erachten, die ko.mt. nicht ohne sonderere dringende ursachen solche hochwichtige vornehmen ins wergk zu stellen bedocht, unser bedencken aber ist nurth dohin gerichtet, und sehen noch vor nöttigk an, solche dinge mit gutter vorbetrachtung und allerley vorrath darzu gehörig angefangen sein wil, bitten auch Gott den almechtigen, er wolle alles des, so die ko.mt. disfals und sonsten anfahren, durch seine gnade segenen und irer ko.mt. [f. 523] in allem ihrem vorhaben gnade und sieg vorleihen, domit sie iren feinden mit städtlichen lobe obsiegen mugen.

Was auch die bewuste kriegsordnung antrifft, seint wir in stedter arbeit und haben kaum so viel leuthe, darob wir solche dinge mit vortbringen können. Und obwol daran algereit nicht eine geringe arbeit gefertiget, so besorgen wir uns doch, das solchs (wo es anders dermassen, wie wirs gern sehen und der ko.mt. domit dienen wolten, gefertigt werden soll) schwerlich vor der zeit, wie wir auch zuvorn geschriben, zum ende bracht werde.

Baltzer Gans

1) *Gustavus I.*

2) *regina Bona.*

3) *Ioannes IV Basilides.*

N. 4210.

Elbingae, 2.II.1555.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Elbingensibus, in causa religionis, «praesertim quod ad communionem sacramenti altaris attinet», ab episcopo Varmiensi duram et gravem persecutionem patientibus.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 881-884.

Regi Poloniae, mutatis mutandis Duci in Olike, 2 Februarii.
Pro Elbingensibus in negotio religionis.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Cum in eo itinere, quod in deductione charissimae filiae meae Annae Sophiae¹⁾ etc. suscepi, in S. Regiae Maiestatis Vestrae civitatem Elbingam divertissem, ibique perliberaliter a senatu eiusdem civitatis exceptus essem, supplicatum est mihi ab eodem senatu et suo et nonnullorum civium nomine, quod a Reverendo Domino Episcopo Warmiensi²⁾ in causa religionis, praesertim quod ad communionem sacramenti altaris attinet, valde gravem et duram persecutionem patiantur. Nam etsi non impediunt, quominus omnes ritus et caeremoniae, antiquitus in ecclesia constitutae, a) iuxta catholicum consensum^{a)} diligenter observentur, nec^{b)} contendunt, ut in ecclesia Elbingensi utramque speciem sacramenti ipsis sumere liceat, tamen cum dictus Episcopus eorum conscientias perscrutandas instituit per modum inquisitionis, plerosque eius sententiae esse invenit, quod aut in Ducatu meo, aut alibi, ubi de vera religione aliter homines sentiunt, quidam nati educatique sunt, ideoque salvis conscientiis alteram tantum speciem sacramenti sumere non possunt ac communicari se extra suam civitatem, ne quem suo exemplo offendant, conferunt, [f. 882] hos igitur, ut ab agnita veritate c) et vero sacramenti altaris usu Reverendus Dominus Episcopus Warmiensis abducat^{c)}, autoritate S. Regiae Maiestatis Vestrae usus est. Cum animadvertit Elbingenses ea constantia esse praeditos, ut non vereantur universam rem coram S. Regia Maiestate Vestra libere profiteri, nempe quod omnes veteres ritus ecclesiasticos immutatos tenent, nec concedunt, ut quisquam sacramenta sub utraque specie in ecclesia Elbingensi sumere audeat, sed hoc unicum omnibus integrum permitti, ut sub utraque specie communicari alio se conferant, S. Regia Maiestas Vestra non dedignata est Reverendo Domino Episcopo iniungere, ne Elbingenses deinceps in hoc negotio tantopere molestat.

Quod [cum] Reverendus Dominus Episcopus intellexisset cognovissetque Elbingenses in aliqua protectione S. Regiae Maiestatis Vestrae esse, nec quicquam in suo obstinato proposito se efficere posse, aliam viam ingressus esse dicitur, quod videlicet rem omnem, prout in inquisitione acta est, ad Curiam Romanam deferri curavit ibique Cardinalium animos contra ipsos inflammare attendit et efficere, ut Elbingenses, excommunicationis nota affecti, omnibus muneribus et honoribus exuantur et mutua confinium conversatione priventur. Quid autem sibi hi conatus velint aut quorsum spectent, quantumve periculi his praesertim turbulentissimis temporibus secum trahant, S. Regia Maiestas Vestra facile perspicit. Quare Elbingenses obnixae a me contenderunt, ut apud S. Regiam Maiestatem Vestram pro ipsis intercederem, ne tam iniustam et gravem persecutionem porro sustinere cogantur. Cum igitur pro communi coniunctione christiani nominis, ad gloriam Dei et propagationem veritatis eius, merito eiusmodi afflictionis, quam S. Regiae Maiestatis Vestrae [f. 883] civitas a suo Episcopo patitur, dolore afficiat, meque ad hoc pium officium vera et christiana commiseratio adduceret, non potui illis, tam dolenter suam adversam in hoc casu fortunam mihi exponentibus et ad meam opem et intercessionem confugientibus, ulla ratione deesse.

Quam ob rem S. Regiam Maiestatem Vestram quanto possum maximo studio etiam atque etiam oro, obsecro et pro debita fide mea consulo, ut adversus hanc iniustam persecutionem senatum populumque Elbingensem pro sua clementia benigne tueatur, in eaque re consideret et Suae Regiae Maiestatis pium officium, ad quod divinitus pro illustranda gloria

Dei et defendenda atque amplificanda divina veritate vocata est, ideoque clementissime providere velit, ut cives, qui iniuste (siquidem omnes ceremoniae ecclesiarum in ea civitate publice illaesae servantur) ab Episcopo suo premuntur, tam diu vera christiana libertate in usu sacramenti altaris sine impedimento utantur, donec in S. Regiae Maiestatis Vestrae Regno ea de re communi decreto omnium ordinum aliquid constitutum fuerit. Quod eo sane aequius et iustius videri debet, quo interim multi alii in Regno et dominiis S. Regiae Maiestatis Vestrae, qui ea libertate citra ullum incommodum suum fruuntur, similem persecutionem, afflictionem aut iniuriam nec sustinent nec patiuntur. Grave enim est multisque modis indigne ferendum [f. 884] adigi homines, praesertim christianos, contra divinae veritatis, quae in verbo Dei perspicue proposita et revelata est, agnitionem contraque conscientiae suae, quam singuli integram illaesamque ad tribunal Domini nostri Iesu Christi in novissimo die afferre debemus, testimonium. Quod quo diligentius considero, eo magis mihi persuadeo S. Regiam Maiestatem Vestram has supplices suorum subditorum preces meamque pro eis intercessionem fidelemque suasionem clementer exaudituram. Quod ut faciat, iterum etiam atque etiam iterum submisso oro, daturus operam, ut id erga S. Regiam Maiestatem Vestram debitis meis officiis subditisque studiis promerear. Datae Elbingen.

a)-a) *in margine alia manu.*

b) *sequitur expunctum: iuxta catholicum consensum.*

c)-c) *in ms.: vero sacramenti altaris Reverendus Dominus Episcopus Warmiensis et usu abducat.*

1) *Anna Sophia, filia ducis Alberti, 24.II.1555 Ioanni Alberto duci Megapolensi nupsit.*

2) *Stanislaus Hosius.*

N. 4211.

S.l., 2.II.1555.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,

de Elbingensibus religionis causa ab episcopo Varmiensi, Stanislao Hosio, oppressis et de periculis ex eiusmodi oppressione regi et Regno Poloniae imminentibus.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 241v-243v.

An Gabriel Terla, den 2 Februari 55.

Wir fugen euch in gnaden zu vernehmen, das uns die ersamen und weisen, unsere liebe besondern burgermeister¹⁾ und rathe der ko[nigliche]n stadt Elbing, in itziger unserer durchreysen ersucht und mit hohem weheklagen vermeldet, wie inen eine zeit hero durch den erwidrigen in Gott unsern besondern lieben freundt und nachbarn, hern Stanislaum bischoffen zu Ermelandt²⁾, höchste drangknuss^{a)} in sachen, die erkante gotliche warheit und ware religion, sonderlich aber wegen der communion oder einsetzung des testaments^{b)} unsers heilandes^{b)} und einigens erlosers^{c)} Jesu Cristi beygefugt; welche sachen dan an die ko.mt. zu Polan etc., auch die gemeine tagfarten diser koniglichen lande gelanget, und nun an dem stunde, das vileicht uf nechstkommende tagfart Stanislai durch den hern bischoff derhalben weiter in sy gedrungen mochte werden, und uber das alles solle sich bemelter [f. 242] her von Ermelandt understehen, diser dinge halben am bebstlichen hove allerley zu practiciren und des auszu-

bringen, das der ko[nigliche]n stadt Elbing hirdurch mit bannen^{d)} und andern folgenden allerley beschwerungen zu wachsen, und auch der ko.mt. an irer hoheit und disen landen nicht geringe zuruttunge geben möchte. Weil sie uns dan darauf beschlieslich gebethen, wir sie bey der ko.mt. mit fleiss befördern wolten, damit die ko.mt. in disen hendeln einen stillestandt bis auf kunftige vergleichung aller stende der Chron gebiethen und bevelhen wolle, haben wir inen solch ir pillich bitten nit abschlahen wollen, sonder sie disfals durch unser schriften befördert.

Nun felt uns bey, seintemal diss ein handel, welcher bey den geistlichen in der Chron Polan ubel gemeinet, das zu besorgen, soldt derselbe an den hern undercantzler³⁾ gelangen, ehr darinne mer hinderung dann furderung thun mochte. Hirneben bedencken wir auch, weil in der Chron Polan ohne zweifel durch sondere gnade Gottes an vilen orten die clare warheit des heiligen Evangelii scheineth, die leuth auch die rechte ware einsatzung des [f. 242v] testaments Jesu Cristi gebrauchten, das wo die ko.mt. etwas tedlichs darwider vorzunemen beredet, solchs irer ko.mt. allerley zerruttung ired ko[nigliche]n regiments geben möchte. Und wiewol auch vileicht sein mag, das die ko.mt. verschiner zeit in disen sachen den geistlichen zusagungen gethan, halten wirs doch darfur, das Gott und sein heiliges wort mehr in acht zu halten, wede des, so zu verderb der seelen heil gereichen thut. So wir dann eure person des cristlichen gemuts und einen liebhaber gotliches worts wissen, haben wir nicht unterlassen mugen, euch ditzfals hiemit zu ersuchen, und begeren demnach gantz g[nedigliche]n, ir wollet mit treuem fleiss in disen hendeln befördern: erstlich, das diser handel und unsere schrift bey der ko.mt. möchte in geheim gehalten und in keine weitleuftigkeit gebracht werden; volgig auch ire [f. 243] ko.mt. von unserntwegen bitten, das sie obgemeltes unser geringe bedencken in deme, wess sie Gott mer wede deme, so ir mt. zu nachteil irer seelen heil von seinem gotlichen wort abhalten möchte, zu volgen schuldig, auch weil die lehre des heiligen Evangelii, auch der brauch des waren testaments Cristi dannoch in der Chron Polan scheineth. Do dann so etwas darwider vorgehomen, nit wenig zerruttung zu besorgen. Daneben auch bedencken wolle, solde ire ko.mt. in deme zusehen und disem ermlendischen oder andern bischofen gestadten, ire practicen am bepstlichen hofe zu treiben, wess entlich ir mt. daraus su besorgen.

Und beschlieslich, so wollet dahin handeln, damit die dinge so lang suspendiret, bis in der gantzen loblichen Chron derhalben vorein- und vergleichungen geschehen, auch dem hern vom Ermelandt bevolhen werde, bis zu derselben zeit stille zu stehn, und die von Elbinge, welche doch in irer stadt nichts neues fur- [f. 243v] genohmen, sonder die alten kirchengebreuche unverhindert gehen und bleiben lassen, sowol als andere disfals unbeschwert zu lassen. Und dieweil der her Nicolaus Ratzewil, hertzog zu Olicka⁴⁾, hiebevorn in disen hendeln auch ein treuer beforderer gewesen, konnet ir durch desselben hulf die dinge sovil mehr fuglicher und bequemer vortstellen. Abermals begerendt, ir wollet hirinne allen fleis furwenden. Das wirdet euch zu rum gereichen. Und wir seindt etc.

Commissio Principis propria
Secretarius.

- a) *suprascriptum pro verbo expuncto.*
 b-b) *in margine.*
 c) *sequitur expunctum:* und heilandes.
 d) *suprascriptum pro expuncto:* bedrauen.

- 1) *Iacobus Rike (Rika).*
 2) *Stanislaus Hosius, ep. Varmiensis.*
 3) *Ioannes Przerembski.*
 4) *Nicolaus Radziwill «Niger», pal. Vilnensis.*

N. 4212.

S.l., 3.III.1555.

*Consiliarii Alberti ducis in Prussia
Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
de bobus ad sustentationem aulae ducis coemendis; de annuo stipendio
Marienburgi quotannis duci persolvendo.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 243v-245.*

N. 4213.

Vismariae, 4.III.1555.

*Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae
gratias agit, quod sollemnitate nuptiarum filiae suae [Annae Sophiae]
«misso suo nuntio datisque muneribus plane regiis honestare atque
ornare dignata est»; eundem nuntium reginae, Franciscum Żelistawski
(«Dominum Franciscum a Silslau») laudat et commendat.
(Latine).
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 884-885.*

N. 4214.

Vismariae, 8.III.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
gratias agit, quod filiae suae [Annae Sophiae] nuptias per oratorem regium,
Petrum Barzi, «ac missis insuper liberalissimis ac plane regiis muneribus,
honestare, ornare atque amplificare» voluit; eundem oratorem
regium laudibus extollit et commendat.
(Schedula: de informatione regis «ad oratorem suum missa, sero admodum
iamque absolutis magna ex parte nuptiarum solemnitatibus allata»).(Latine).
Cfr. El. XXXI, N. 637.
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 885-886.*

N. 4215.

Wolgast [Wotogoszcz], 20.III.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
ducem Brunsvicensem Gulielmum regi, qui «Germanicae nationis homines»
singulari favore prosequitur, commendat et rogat, ut eum petitionis suae
compotem reddat.
(Latine).
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 887-888.*

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

rationem reddit itineris sui in Germaniam, ad nuptias filiae suae celebrandas facti, et praecipue secreti colloquii cum Philippo duce Pomeraniae habiti, cuius summarium litteris adiungit.

(Litterae ducis Alberti et «sententia» ducis Pomeraniae ab amanuense sine ordine descriptae, ab editoribus ordinatae).

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 890-896.

Regi Poloniae, XXX Martii.

Perscribit ea, quae locutus est cum Sua Celsitudine secreto Illustrissimus Pomeraniae Dux¹⁾.

Serenissime Rex, Potentissime Princeps et Domine Domine Clementissime.

Post debitam obsequiorum meorum commendationem S. Regiae Vestrae Maiestati salutem, incolumitatem, pacem ac tranquillum Regni sui statum omniaque felicissima ex animo precor.

Serenissime Rex, non ignorat S. Regia Maiestas Vestra, quid mihi superioribus mensibus ad subditas preces meas clementer concesserit, cum filia mea charissima ad nuptiarum solemnitatem Megalburgum proficisci²⁾ [debuisset]. Qua de re magnas S. Regiae Maiestati Vestrae gratias habeo. Quae item mihi expedienda iis in locis atque hoc itinere commisit, ea summa diligentia, qua potui, conficere studui. Quod autem minus pro voto ubique successerit, in culpa est, quod magna pars Principum, qui sese adfuturos paulo ante receperant, mox mutatis animis emanserunt atque in loco nuptiis constituto non comparuerunt. Nihilominus tamen apud eos, qui praesentes aderant, negotium expedivi diligenter, res vero ab eis in deliberationem deducta est, sicut oportuno tempore se responsum duros receperint. Ad absentes quoque literas perscripsi, et quoniam meo prorsus nomine ac proprio instinctu quadammodo haec negotia tractavi, polliciti sunt similiter primo quoque tempore se responsuros. [f. 891] Quod ubi allatum fuerit, S. Regiae Maiestati Vestrae subdite communicabo nihil dubitans, quin S. Regia Maiestas Vestra diligentiam et fidem meam facile sit animadversura.

Ceterum S. Regiam Maiestatem Vestram pro debita fidelitate celare non possum, quod cum in hoc meo reditu ex Megalburgo ad Illustrissimum Principem et Dominum, Dominum Philippum Pomeraniae Ducem, affinem et fratrem meum charissimum, divertissem, ibique perhumaniter ac liberaliter acceptus essem, forte inter ceteros sermones, quos non paucos invicem habuimus, contigit, ut Sua Illustris Celsitudo incideret in mentionem de statu, qui nunc esse dicitur Regni Poloniae, cuius commoda, amplificatiorem et incrementa in primis promota cupit, atque in hanc sententiam, quam inclusam hisce litteris S. Regiae Maiestati Vestrae transmittito, multa mecum contulit. Quam quidem Suae Celsitudinis sententiam cum et ipse vehementer probarem, utpote quae tum ad pacem et tranquillitatem Regni conservandam et ad communem utilitatem augendam spectaret, tum veris iustisque rationibus non careret ac in primis ab animo, S. Regiae Maiestatis Vestrae amantissimo et deditissimo, profecta esset, facere non potui,

quin S. Regiae Maiestati Vestrae per nuntium hunc meum subdite communicarem.

Curavi autem id sententiae ex autographo mihi Germanico idiomate tradito, quod simul hisce inclusum mitto, cursim in Latinum sermonem ea de causa transferri, ut S. Regia Maiestas Vestra una cum suis Senatoribus expeditius rem intelligeret, etiam atque etiam [f. 892] vehementer amanterque petens, S. Regia Maiestas Vestra tum Illustrissimi Ducis Pomeraniae, tum forte meam quoque mentem, plus pacis studiis^{a)} [f. 895] quam turbis et dissensionibus deditam, clementer considerare, et si quidem enumeratae rationes^{b)} in hoc scripto aliquid ponderis et momenti habent, iis benigne acquiescere dignetur, praesertim cum S. Regia Maiestas Vestra non ignoret, [f. 896] quanta mala et incommoda quaevis bella secum tradant, ut taceam interim hoc bellum, quod contra Moschos parari dicitur, non modo inclyto Regno Poloniae perniciosum, sed etiam prae ceteris diuturnum et multis vicinis populis exitiosum fore. Quare iterum S. Regiam Maiestatem Vestram maiorem in modum oro, ut et hoc scriptum aequi boni faciat et haec consilia, quae ex amicis et fidelibus pectoribus proficiunt, siquidem e re publica esse videbuntur, non prorsus contemnât aliisque postponat, imo potius recta monentibus clementer sit audiens. Ita S. Regia Maiestas Vestra rem sua regia prudentia dignam et consentaneam fecerit, quam ego debitis meis obsequiis et servitiis quovis tempore promereri admittar. Commendo S. Regiam Maiestatem Vestram Deo Optimo Maximo incolumem et felicem perpetuo conservandam, et si quid in hoc negotio per me aliove fieri volet, mihi ut significet, etiam atque etiam oro. Datae Keslinii, XXX Martii LV^{c)}.

Ex propria Principis commissione
C. S[ilvius]

(*In margine*) Instructio Illustrissimi Ducis Pomeraniae.

Illustrissimus Princeps et Dominus, Dominus Philippus Stetinae ac Pomeraniae Dux etc., Dominus meus clementissimus, inter cetera Illustrissimo Principi Domino Alberto [f. 894] Seniori, Marchioni Brandenburgensi ac Duci Prussiae, ad diem Mercurii post Dominicam Oculi³⁾ in arce Wolgast⁴⁾ hanc infrascriptam sententiam secretius referri fecit:

Comperisse Suam Celsitudinem, quod Serenissimus Poloniae Rex, Dominus meus clementissimus, expeditionem contra Moscovitas molitur. Nunc cum Sua Celsitudo S. Regiae Maiestati Poloniae et inclyti Regni statibus arcta sanguinis necessitudine adeo sit devincta, ut commoda et emolumenta eius Regni pro suis plane ducat, eaque quovis modo promovere libenter nitatur, nec minus Illustrrem Prussiae Ducem eo animo in Regem esse sciat, ut Maiestati illius Regiae ac universo Regno in primis bene consultum cupiat, quare non dubitare Suam Celsitudinem, quin et antea saepe et nunc quoque Illustrissimus Dux Prussiae expenderit, quantum periculi hisce novissimis iniquis et turbulentissimis temporibus inclyto Poloniae Regno necnon omnibus, qui ad confinia eiusdem degant hominibus, ex eo bello, quod in Moscovitas institui et parari dicitur, sit metuendum et expectandum.

Quando igitur Illustrissimus Dux Prussiae apud S. Regiam Maiestatem Poloniae et Regni ordines in magna auctoritate constitutus sit, non dubium esse, quin Sua Celsitudo quae ad pacatum et tranquillum Regni statum facere videntur, iam pridem promoverit et porro summa cum diligentia sit promotura. Quamvis enim S. Regia Maiestas et Regnum Poloniae his tem-

poribus auxiliariis copiis, pecunia, munitionibus et omnibus rebus bello necessariis instructi forte sunt, sic etiam ut nihil certius quam victoria de Moschis sperari et expectari debeat, [f. 895] tamen illud quoque considerandum venire, quod victoria in manu et potestate solius Dei posita est. Et quod Moscovitae ita instructi sunt multitudine ac numero militum, quod licet aliquam stragem et cladem accipiant, tamen prorsus vinci et deprimi haud facile [possint], imo potius vires parvo negotio resumere queant. Ex qua re longum et diuturnum bellum metuendum, quod tales sumptus requisitum esset (praesertim si Regni status sine stipendiis extra fines progredi noluerint), qui spem lucri et emolumenti ex bello Moscovitarum percipiendi facile superabunt.

Esto autem hoc se aliter habeat, illud tamen in primis metuendum, quod Moscovitae, antequam se devinci debellarive prorsus patientur, Tartaros, Turcos et quosvis alios infedele ad se attrahent sibi que devinctos reddent, atque hoc modo bellum magis diuturnum et formidabilius conciliabitur. Etsi enim Turcae hisce temporibus cum S. Regia Maiestate Poloniae indutias habeant ac se ita forte exhibere possint, quod contra Moscovitas eius Maiestati Regiae auxilio esse velint, tamen ex multis certis indiciis ac documentis constare Turcas^d) [f. 892] singulari amore detineri ac conari etiam, ut per Vistulae fluvii occupationem mare nostrum sive Sarmaticum in potestatem suam redigant, ut interim taceatur, quam periculoso in statu septem castrensiis res nunc temporis esse dicantur. Itaque nihil omnino certius nihilque timendum magis, quam quod Turcae omnes conatus suos atque consilia eo dirigent, quo S. Regia Maiestas et Regnum Poloniae isto bello Moscovitarum extreme exhauriatur, ut ipsi deinde maiorem occasionem ansamque habeant Regnum Poloniae et praesertim eas regiones, quae ad Vistulam sitae sunt, sub tyrannidem ac iugum suum redigendi. Quemadmodum experientia ipsa cum multis exemplis testatur, quod Turcae omnia auxilia itemque indutias pro sua tantum oportunitate et commoditate praestitere, fecere et quamdiu illis usui fuere, retinere, atque hac una re suam tyrannidem ita auxerunt et propagarunt, uti pro dolor est cernere. Haec omnia enumerata non dissimili ratione a Tartaris expectanda veniunt.

Praeterea non esse obscurum, quid hactenus multis annis et magnis quidem conatibus Magister⁵) et Ordo Teutonicorum adversus Regnum Poloniae pro recuperando Prussiae Ducatu moliti sint. Quae quidem molitiones omnes hactenus minus successerunt, quod potentiam Regni Poloniae et tranquillum eiusdem statum metuenda duxerunt. Si ergo inclitum Poloniae Regnum bello Moscovitarum implicetur, facile ab Ordine et aliis bellum periculosum contra Regnum Poloniae et Ducatum Prussiae concitari posset. Quare cum hoc Moscovitarum bellum non modo inclyto Poloniae Regno, verum etiam toti Christianitati ac praecipue vicinis regionibus et ducatibus incommodum ac damnum [f. 893] allaturum sit, id autem periculi divina accedente gratia nulla alia commodiori ratione evitari possit, quam ut perniciosum hoc bellum contra Muscovitas deponatur et intermittatur, atque ita in bona pace ac tranquillitate omnia maneant, omnino necessarium putavit Illustrissimus Dux Pomeraniae dictum Ducem Prussiae amanter admonere ac rogare, ut Illustrissima Sua Celsitudo pro excellenti sua prudentia, ingenio et auctoritate, qua apud S. Regiam Maiestatem et Regnum Poloniae valet plurimum, hanc causam ita promovere velit, ut hoc exitiale bellum cum Moscovitis ex supra adductis et aliis pluribus evidentibus causis, quas Sua Celsitudo pro suo singulari captu facile intelligit, intermittatur et inclytum Poloniae Regnum non solum pro suo, sed

etiam totius Christianitatis ac omnium vicinorum populorum emolumento in pace et tranquillitate maneat.

Offert praeterea se Illustrissimus Dux Pomeraniae, ut si forte Illustrissimus Dux Prussiae successu temporis aliquas vias et rationes invenerit, quibus Sua Celsitudo una cum aliis electoribus et principibus, aut pro sua etiam persona, aliter hoc negotium promovere possit, quo S. Regia Maiestas et inclytum Poloniae Regnum permoverentur, ut e)pacem et tranquillitatem praeferant bellis et turbis, nihil laboris Suam Celsitudinem subterfugituram. Extremo petere Celsitudinem Suam, ut quicquid Illustrissimus Prussiae Dux in hac re consultum putaverit, non gravetur Suae Celsitudini amanter communicare: paratam esse Suam Celsitudinem, si contractibus res confici possit, diligenter incumbere, ut nihil omnino vel studii vel operae in Sua Celsitudine desiderari queat^{e)}.

- a) *in margine alia manu*: Verte folia duo, ubi hoc signi videris. Inde ad finem perge (*sequitur depictum signum*).
- b) *in margine alia manu*: Verte hic duas paginas ad principium, ubi hoc signi (*sequitur depictum signum*).
- c) *In margine alia manu*: Revolve unum folium et incipe apud hoc signum (*sequitur signum*).
- d) *In margine alia manu*: Verte hic duas paginas ad principium, ubi hoc signi (*sequitur signum*).
- e)-e) *alia manu in margine infra*.
- 1) *Philippus*.
 - 2) *scil. ad celebrandas nuptias filiae suae Annae Sophiae cum Ioanne Alberto duce Megapolensi*.
 - 3) *20.III.1555*.
 - 4) *Polonice: Wologoszcz*.
 - 5) *Volfgangus Schutzbar, magister Ordinis Theutonicorum a. 1543-1566*.

N. 4217.

E Regio Monte, 18.IV.1555.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Boner de Balice, castellano Chelmensi,

Reinholdum Crocau, nobilem adolescentem, ab aurifabro quodam Cracoviensi nomine Raczkowski fraudulentem circumventum, commendat et rogat, ut auctoritatem et operam suam pro eo interponere velit, quo ei eo facilius satisfiat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 888-889.

N. 4218.

E Regio Monte, 19.IV.1555.

Albertus dux in Prussia

nobilibus Gnojeński (Gnoinski)

admonet eos et hortatur, ut a fabricandis obstaculis seu clausuris et saepibus in flumine Nida («idque ex ea finium parte, quae immediate Ducatui nostro subiacet») supersedeant.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 889-890.

N. 4219.

E Regio Monte, 24.IV.1555.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
ligna tormentis bellicis parandis apta mittere promittit.
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 896-897.

Regi Poloniae, XXIII Aprilis.

Promittit se ligna missurum ad tormenta bellica praeparare

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Intellexi ex bellicorum S. Regiae Vestrae Maiestatis tormentorum praefecto carere Maiestatem Vestram aridis arborum roboribus aucturati tormentorum aptis atque ita praepeditam²⁾ iri Maiestatem Vestram in absolvendo eo machinarum opere, quod prae [f. 897] manibus habere dicitur. Quoniam vero eiusmodi lignorum, huius anni usibus apud me non necessariorum, numerus iustus superest, curabo, ut aliquot eorum roborum primo quoque tempore Vilnam S. Regiae Vestrae Maiestati mittantur. Cupio enim Maiestati Vestrae non in iis modo, sed quovis officiorum genere gratificari. Atque haec officiosissime significare S. Regiae Vestrae Maiestati volui. Quam feliciter et rectissime valere exopto. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

2) sic in ms.

N. 4220.

E Regio Monte, 25.IV.1555.

Albertus dux in Prussia
R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]
pro munusculo ei misso tanta gratiarum actione opus non fuisse scribit; pro
studio in conficiendis negotiis suis adhibito gratias agit; petit, ut oratori
suo, Assuero Brandt, in eis, quae ipsi relaturus est, fidem habeat.
(Latine)
Cfr. El. XL, N. 1484.
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 897-898.

N. 4221.

E Regio Monte, 26.IV.1555.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro senatu Elbingensi a quodam Nicolao Mediger vexato.
Ostpr. Fol., vol. 54, f. 900.

Regi Poloniae, XXVI Aprilis.
Pro Elbingensibus.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Divertenti non ita pridem mihi apud Elbingenses senatus eius civitatis graviter questus est aegre sibi fieri a quodam Nicolao Mediger, homine, ut publica est fama, alioqui inquieto et importuno, idque ex instictu quorundam, quibus nihil aequae cordi esset, quam si ipsi senatui plurimum molestiae et negotii facessere possint. Cuius regi ergo cum querelam apud S. Regiam Vestram Maiestatem instituere se velle dicerent, petiverunt, ut mea quoque intercessione illos iuvarem. Quod facturum me esse clementer recepi. Itaque etiam atque etiam S. Regiam Vestram Maiestatem peto, ut suis se subditis hoc in negotio, quod contra eundem Nicolaum Mediger ad S. Regiam Vestram Maiestatem deferent, facilem praebere dignetur, tametsi non dubito S. Regiam Vestram Maiestatem etiam me tacente illud facturam esse, praesertim ubi causae illius statum ipsa prudenter, sicut solita est, secum perpenderit. Rem S. Regia Vestra Maiestas in hoc mihi factura gratissimam et tam mihi, quam senatui etiam ipsi perpetuis studiis demerendam. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

N. 4222.

E Regio Monte, 26.IV.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro Elbingensibus in negotio religionis ab episcopo Warmiensi variis modis
vexatis, praecipue vero quod episcopus «verum usum sacramenti cenae
dominicae sub utraque specie» eis interdicere conetur.*

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 901-902.

Regi Poloniae pro Elbingensibus, XXVI Aprilis.

Serenissime Rex etc.

Cum ex Ducatu Megapolensi in Prussiam reversus apud Elbingenses diverterem¹⁾, edoctus sum a senatu eius civitatis variis se modis praegravari a Reverendo Domino Episcopo Warmiensi²⁾, praecipuum autem esse inter cetera illud, quod eius Reverenda Paternitas omnino interdictum ipsis velit verum usum sacramenti cenae dominicae sub utraque specie, [f. 902] sicut ipse Christus instituisset, sumendae. Cuius rei nomine cum se ad S. Regiam Vestram Maiestatem questum ituros dicerent, petiverunt, meis ut S. Regiam Vestram Maiestatem literis facilem precibus illorum efficerem. Quod tam ex pietatis debito, quam petitionis aequitate abnuendum illis esse non putavi. Etsi autem scio S. Regiam Vestram Maiestatem ex Sacrae Scripturae testimoniis ipsam per se huic negotio et sancte et pie favere, ut mea Elbingenses commendatione opus habituri non videantur, quia tamen spem non exiguam in meam intercessionem collocant, maiorem quo possum in modum S. Regiam Vestram Maiestatem oratam habeo, ut auctoritate regia supplicantibus succurrat atque in causa hac bene fundata illos sublevet. Pluribus haec a S. Regia Vestra Maiestate contenderem, nisi ultro in hoc illam propendere scirem. Factura autem S. Regia Vestra Maie-

stas in primis opus Deo gratum, subditos vero suos perpetua gratitudine et quovis officiorum et fidelitatis genere sibi devinciet. Quod reliquum est, precor, ut S. Regia Vestra Maiestas diu salva et incolumis vivat. Datae Regiomonti.

A. M[untzer].

- 1) *sermo est de reditu ducis ex Megapoli post nuptias filiae suae Annae Sophiae cum Ioanne Alberto duce Megapolensi.*
- 2) *Stanislaus Hosius.*

N. 4223.

E Regio Monte, 26.IV.1555.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Ocieski, R.P. cancellario,
rogat, ut Assuero Brandt, capitaneo Tapiensi, consiliario suo ad Comitia
Regni ablegato, in omnibus fidem habeat.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 899-900.*

N. 4224.

E Regio Monte, 27.IV.1555.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
pro studio in se singulari, multis argumentis perspecto et in dies crescente,
gratias agit et sua vicissim obsequia et servitia offert.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 898-899.*

N. 4225.

S.l., 27.IV.1555.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
quaternas litteras eius se accepisse nuntiat; in breviorum terminum restituenda
ei pecuniae sibi mutuo dandae consentit; armifactorem Ioannem Hegeman
commendat, ut in servitium regis accipiatur; pro novis de Moscovita sibi missis
gratias agit; de bobus; de itinere suo in Megapolim confecto etc.
Cfr. El. XLIII, N. 172.
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 245-249.*

An Gabriel Terla, den 27 Aprillis 55.

Wir haben fast uf eine zeit vier schreiben von euch [f. 245v] bekohmen, deren inhalt wir nach der lenge zu erwidern fur unnötig achten. Sovil das

erste belanget, darin ir anfenglich ursach anzeigt, warumb ir die legung der sibentausent und 100 fl. auf Johannis begeret und doch im beschluss desselben puncts disvals allererst mit uns in personlicher gegenwart ohne irkeine beschwerung zu schliessen erbotigk, anlanget, in deme nehmen wir erstlich euren guten willen der darleihung zu sonderm hohen gnedigen gefallen an, und ob uns wol der termin zur legung etwas kurtz und beschwerlich gefallen wirt, so achten wir doch billich zu sein, do bey euch lengere frist nit zu erhalten, ein geringe beschwerung lieber uber uns zu nehmen, dann durch den verzugk euch in eurem vorhaben und nutzungen zu behindern. Wollen demnach allen möglichen vleiss furwenden, damit euch die gemelte summa, wo nit [f. 246] eben auf den termin Johannis, doch gewislich auf den dantzker Domnick¹⁾ erlegt werde, wiewol wir des personlichen schluses, wie gemeldet, disvals auch in gnaden von euch gewertig sein wollen und soll uns eure gegenwart lieb sein, dann wir uns in vilen hendeln gerne mit euch bereden möchten. Seint auch ohne das wol bedocht gewest aus vilen ursachen, die besichtigung der haushaltung und sonsten belangende, uns itzo alsbaldt gegen Ragnit zu begeben. Dieweil wir aber auf unser itziger reyse allerley unbequemigkeit gehabt, also das wir der artzney itzo leben und uns unserer jerlichen gewonheit nach in kurtzen tagen des badens brauchen werden, des sich dann schwerlich fur Cristi himelfart endigen wirt, nach welcher zeit wir uns alsdan an berurte orth allererst werden begeben konnen, so sinnen und begeren wir gantz g[nedigliche]n, ir wollet euch solcher verzuglichen frist nit beschweren. Wiewol wir auch gantzlich willens, sobaldt wir hören, das der reichstag zu Peterkau seine endtschaft habe, uns vermittelst gotlicher hulf nach [f. 246v] der Wille an die ko.mt., unsern g. hern, zu begeben, wollen demnach in euer gefallen gestelt haben, uns entweder uff bestimpte zeit zu Ragnit zu besuchen, do ir uns dann ein lieber und wilkome[ne]r gast sein sollet, ader aber die mundtliche underredung bis zu unserer ankofit gegen der Wille beruhen lassen.

Das ir den zeugkmeister Hansen Hegeman unserm begern nach in gonstigem bevelh gehabt, gereicht uns zu sonderm gefallen. Als ir aber meldet, das die entliche bestellung seiner person aus deme, das erh man das werck seiner kunst, erfarenheit und geschickligkeit gesehen, nit geschehen konnen, in deme wolten wir, do wir bey der ko.mt. gewest, irer mt. gerathen haben, das ire mt. inen alda behalten und das werck seiner kunst mit bestellung und anrichtung des zeugkhauses fur die handt het nemen lassen, und zweifeln gar nicht, er [f. 247] werde seinen sachen gnug thun, also das die ko.mt. darob ein gnediges gefallen haben soll. Und nachdem wir dann von dem marienburgischen woywoden²⁾ verstanden, das die ko.mt. hochgenant an uns mit gnaden begerendt, wir wolten berurten Hanss Hegeman irer mt. zum besten in der bestallung als wir unsern zeugkmeister Anderle Hessen hielten, bestellen und annemen, und wess wir also ime verschriben und zusagten, das wolten ire mt. ime g[nedig]st reichen und geben lassen, auf solch der ko.mt. bevelich haben wir vilgedochten Hanss Hegeman zu irer ko.mt. zeugkmeister bestalt und angenohmen inhalts diser hiebeyliegenden copie seiner bestallung. Damit aber der gute ehrlich man umb sovil mer vergwissert und sich uf unsere zusage zu verlassen, so begeren wir gnedigst, ir wollet befurdern, damit die ko.mt. gleichformige bestallung ime unter irem sigel auch gebe, dann es sowol der ko.mt. als ime, dem zeugkmeister, wann er von der ko.mt. gefördert, und ime etwo buchs- oder schantzmeister mit sich herein [f. 247v] ins landt zu bringen auferlegt, zutreglich und furderlich sein wurde.

Des mitgetheilten geschreis vom Muscowitter³⁾ und disfals eures fernern erbietens thun wir uns gegen euch in gnaden bedancken. Wunschen nichts weniger als ir der ko.mt. disen und allen landen von hertzen den lieben friden. Darumb wir dann auch mit unaufhorlichem seufftzen Gott bitten und anrufen.

Wir bedancken uns auch der gehabten muhe in befurderung des mandats wegen unser jerlichen pension 4000 fl., in gleichnuss auch des zollbrieffes uber 300 oxsen, wollen nach erster gelegenheit solch mandat an sein geburendt orth fertigen.

Der oxsen halben aber achten wir nuhmer hohe zeit zu sein, das dieselben ausgetriben. Begerendt demnach g[nedig]st, ir wollet uns furderlich wissen lassen, [f. 248] wievil derselben, auch in was kauf und an welchem orth wir solche von euch haben konnen, damit wir die unserigen darnach abzufertigen.

Der frolockung ob unserm, Got lob, vollendten zuge nach Meckelburg, desgleichen glucklicher und gesunder heimkunft, thun wir uns in gnaden gegen euch bedancken. Spuren und mercken daraus eine besondere gewogenheit, damit uns eure person jederzeit zugethan. Sagen aber dem lieben Gott danck, das er uns in und bey solcher reyse seine gnade verlihen, derselbe woll ferner bey uns allen sein.

Die zusendung der ubergegebenen proposition auf dem reichstag ist uns zu gefallen geschehen. Wunschen und bitten von dem lieben Gott, das die oft und vilgesuchte einigkeit der religion, auch bestendige stiftung des lieben frydens zu Gottes ehren und viler heil und seligkeit, auch unsers lieben allgemeinen vatterlands rhue und aufnehmen dermaleins iren vorgang gewinnen mochte.

[f. 248v] Eure beschehene vorbith wegen Augustin Feyerabents haben wir umb euer person willen, dero wir mit sondern gnaden gewogen, die auch fur andern bey uns einer bith mechtig, mit gnaden angemerckt, und nachdem diser handel aus den stadtgerichten ohne ordentlichen process an uns nit kan gezogen werden, so haben wir doch dem rath bevelhen lassen disfals die billigkeit und wess immer thulich, furderlich zu verschaffen, und des, wie gedacht, umb euer bith willen und nit Feyerabents halben, dann er so ein geselle, der dannoch sogar unschuldig und rein nicht, wie er euch vileicht berichten magk; habt ime auch in allem so leichtlich nit beyfall zu geben.

Den giesser, so ir an uns verschriben, haben wir gegen Ragnit fur einen buchsensmeister angenommen. Wess wir sonsten eure person von allerley hendeln gerne wishaftigk sein wolten, lassen wir bis [f. 249] auf unsere, wils Gott, gluckliche zusammenkunft beruhen, und wolten euch dises auf euer schreiben in antwort nicht pergen, g[nedig]st begerende, ir wollet uns jederzeit der ko.mt., unser g. frauen, ins beste zu commendiren, auch irer mt. zustandt und wess uns sonsten zu wissen zimlich, mitzutheilen unbeschwert sein. Das seint etc.

Ex commissione Principis propria
An. Munczer.

1) *scil. nundinae Gedani occasione festi s. Dominici [8.VIII] celebratae.*

2) *Achatius Czema.*

3) *Ioannes IV Basilides.*

N. 4226.

E Regio Monte, 30.IV.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
Assuerum Brandt, capitaneum Tapiensem et consiliarium suum, ad regem et
Regni Comitia ablegatum, commendat et petit, ut ei in omnibus fidem
habeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 901.

N. 4227.

E Regio Monte, 4.V.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
rogat, ut collationem arcis Preussisch Mark, Ioanni a Werden iuniori et matri
eius factam, confirmare et ratam habere velit.*

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 902-904.

Regi Poloniae, IIII Maii.

Petit, ut novam collationem arcis Preuschmarck Ioanni a Werden factam confirmet.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Tenet S. Regia Maiestas Vestra haud dubie memoria, quo pacto strenui ac generosi burggravii et consulis olim [f. 903] Gedanensis Ioannis a Werden piae memoriae filium pro obtinendo ad aliquot annos districtu et arce Preuschmargk clementer mihi commendatum fecerit. Quanquam autem S. Regiae Maiestati Vestrae tum temporis multis magnis et iustis de causis nihil certi polliceri potui, tamen nunc tandem et officiis eius adolescentis, quae mihi fideliter ac diligenter praestitit, et S. Regiae Maiestatis Vestrae intercessione vel in primis motus benigne ac liberaliter ei concessi, ut ad priorem pecuniae summam, quam a parente eius mutuo acceptam teneo, quattuor aureorum millia insuper adderet atque eo nomine districtum Preuschmargt tribus annis ultra priorem concessionem collationemve cum omnibus et singulis utilitatibus utendum fruendumve possideret. Quoniam autem S. Regia Maiestas Vestra priores concessionis meae literas, Ioanni olim a Werden seniori super eo districtu datas, clementer confirmare dignata est, operae pretium existimo, ut et has nuperrime pro trium annorum illorum protractione filio matrique collatas regio suo consensu muniat ac roboret. Itaque S. Regiam Maiestatem Vestram etiam atque etiam submitte oro, ut cum eiusdem intercessionis nomine vel in primis haec collatio obtenta sit, [f. 904] eam S. Regia Maiestas Vestra clementissime confirmare et ratam habere dignetur. Ita S. Regia Maiestas Vestra rem mihi gratissimam, adolescenti vero illi viduaeque matri pernecessariam fecerit, quam meis studiis sedulo demereri contendam. Commendo S. Regiam Maiestatem Vestram Deo omnipotenti longis temporibus^{a)} salvam et felicem conservandam. Datae Regiomonti.

Constan[tinus]

a) in ms. temporis

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pretwic, capitaneo Trembovensi,

conquerenti ei de magnis impendiis, ad alendum militem mercenarium factis, respondet se ei missurum esse exemplum litterarum suarum, 18.VII.1554 a. ad eum datarum, ex quibus clare pateat se ei huius rei causa 200 fl. misisse et minime voluisse eum nimis impendiis onerare: de servitore eius a praedonibus spoliato et interfecto dolet etc.

Cfr. El. L., N. 564.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 249-251.

An Bernhart Pretwitz, den 10 May 55.

Uns ist euer schreiben, zu Scharafki an s. Dorotheen tagk¹⁾ datirt, behendiget, aus welchem wir erstlich eure wolmeinende wunschung gegen uns, unserer hertzgeliebten gemahel²⁾ und jungen herschaften³⁾ verstanden und von euch zu gnedigem danck und gefallen angenommen.

Als aber ferner in solchem eurem schreiben gemeldet, das ir auf unser begern und bevelich [f. 249v] etzliche rothmeister und ander kriegsvolck ein zeitlangk bey euch aufgehalten und fur solchen uffgewandten unkosten erstattung bitten thut etc., konnen wir uns keins wegs, das wir euch irkeinen kriegsman bey euch aufzuhalten und mit unkosten zu beladen anmuttendt gewesen, erinnern. Haben aber nichts weniger die copia des nehisten schreibens, so wir den 18 Julii verschines 54 jares an euch gethan, aufsuchen lassen und thun euch davon hirmit ein abschrift gnediger wolmeinung ubersenden; in welchem ir unter anderm austrucklich zu befinden, das wir domals euren diener mit solchem unserm schreiben und den 200 fl., so wir euch bey ime ubersendet, derhalben sovil eher und schleuniger abgefertigt, damit ir unsernthalben in kein beschwer oder unkosten gefurt werden durftet. Wollen uns demnach versehen, eur person werde, [f. 250] das wir uns eurem begeren und ansinnen nach (weil es dise meinung hat) mit erstattung der unkosten einzulassen beschwert finden, uns keins wegs verdencken, dann do es ein andere gestalt und unser will und meinung, euch mit solchen leuthen dismahl zu belestigen und unsernthalben einige auslage zu thun, gewesen, sollet irs gewislich darfur achten und halten, das wir uns gegen euch aller unverweislichen und danckbarlichen gebur mit allen gnaden zu erzeigen gewogen. In massen wir uns dann, ohne rumb zu melden, bisdaher gegen euer person mit g[nedige]m willen gern bewisen haben, seints auch hinfuro in allem erheblichen zu thun erbutigh.

Und dieweil wir auch in disem eurem brief keinen bescheid, wess ir uff vorig unser schreiben und begeren der Kossacken halben, ob sie uns im fall der noth den monat umb 6 oder 7 fl. zum hochsten zu dienen gesinnet, erkundigt, und wie es darumb gelegen oder nicht, befinden, begeren wir ganzt gnediglich, ir wollet uns nochmals [f. 250v] disfals euer antwort und meinung laut voriges unsers schreibens mitzuthheilen unbeschwert sein. Dan ob wir wol zu dem lieben Gott tröstlicher hoffnung und zuversicht sein, das wir sampt unsern landen und leuthen dises jar mit feindtlicher kriegshandlung vermittelst seiner vetterlichen hulff und beschirmung verschonet werden sollen, so muchten wir dannocht gern wissen, uff den falh es uns und unsern landen, des Gott lang verhutte, noth thun werde, in wess

besoldung wir sie durch euer beförderung alsdann zu bekhommen haben muchten.

Als ir auch in eurem schreiben meldet, wie ir uns in einem beschriben zettel die nahmen derer, die rotmeister sein solten, zuschicken thut, solche[n] zettel haben wir bey eurem brief nicht gefunden.

Das ir aber mit beraubung eures dieners so grossen verlust und schaden eurem anzeigen [f. 251] nach erlitten, ist uns eurethalben gantz mitleidlich zu vernehmen gewesen, von Gott wunschende, er wolle euch dasselbig in einen andern weg mit gnaden wider erstadten. Und so wir dann wol abnemen können, das euch solchs verlusts halben, uns die hinderstellige[n] schulden dises jar, vorigem unserm begern nach, mit oxsen zu vernügen beschwerlich sein wolt, so haben wir in andere wege, das beste wir gemocht, uff oxsen bestellung gethan und wollen euch dis jar mit der entrichtung g[nedigliche]n verschonet sehen. Allein versehen wir uns, begeren auch gantz gnedigist, ir werdet und wollet uffs folgende kunftige jar uns die bezalung des hinderstelligen mit oxsen zu thun verdacht und unbeschwert sein und uns, in betrachtung unser ohne ruhm euch erzeugten gnaden, willens, auch itziger unser gelegenheit lenger damit nicht uffziehen.

Eures erbietens wegen der ross und hirschgewey thun wir uns gegen euer person g[nedigliche]n bedancken, und weil wir gern etwas guts von turckischen [f. 251v] oder andern rossen haben wolten, so begeren wir in gnaden, ir wollet uns mit etzlichen guten rossen, die do tuchtigk und dинlich sein, zu bedencken, daneben auch die hirschgewey (dero wir uns sonst ser entblost haben) zuzuschicken nicht unterlassen, und was des alles kosten thut, an der schuldsomma kurtzen und abrechnen. An dem thut ir uns zu sonderm angenehmem gefallen. Seints in gnaden etc.

Commissio Principis propria
Princeps audivit.
G. Schu[ltz].

Sub textu: Somma nach aller abrechnung anno 51:

Bleibt Pretwitz schuldig 2421 f. 10 g.

Hir auf, wen turckische ross gesandt, das ubrige mit oxsen zu bezalen.

Mer 200 f. dem Pretwitz bey seinem diener geschickt den 18 July anno 55, wie aus der copien zu ersehen.

G. Schulz.

- 1) 6.II.
- 2) Anna Maria.
- 3) filii ducis Alberti: Anna Sophia, Elisabeth,
Albertus Fridericus.

N. 4229.

E Regio Monte, 12.V.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
litteras liberi telonei pro aliquot equis a palatino Russiae [Nicolao Sieniawski]*

sibi mittendis servitori suo concedi petit («quarum auctoritate sine vectigalium solutione ad me equas eiusmodi, quotquot erunt, per Regnum... ducere possit»).

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1492.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 904.

N. 4230.

E Regio Monte, 12.V.1555.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Sieniawski, palatino Russiae,

Marcellum Konarski, servitorem suum, maiorem in modum eum sibi commendasse nuntiat; gratias agit, quod aliquot equas e gregibus suis sibi mittere pollicitus est, et servitorem suum mittit, qui eiusmodi equas in Ducatum suum adducat.

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1492.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 905-906.

N. 4231.

E Regio Monte, 13.V.1555.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae

pro Michaelae Behm, subdito suo, intercedit, qui queritur «merces quasdam suas arrestari Gedani a quodam S. Reginalis Vestrae Maiestatis mandatario, idque inde, quod navis, in qua dictae merces vectae erant, obruisse dicitur in Visla navem Maiestatis Vestrae, siligine onustam»; rogat, «ut merces illas secundum harum terrarum consuetudinem et ius illud, quod aquaticum dicitur, primo quoque tempore liberas dimitti permittat, sunt enim eiusmodi, ut facile corrumpi... possint».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff 907-908.

N. 4232.

E Regio Monte, 13.V.1555.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Ocieski, R.P. cancellario, et mutatis mutandis Ioanni Przerembski, R.P. vicecancellario,

pro senatu Elbingensi a quodam Nicolao Mediger variis molestiis affecto et afflicto (cfr. N. 4221).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 906.

N. 4233.

E Regio Monte, 13.V.1555.

Albertus dux in Prussia
Procopio Sieniawski, dapifero Leopoliensi,
equum Frisium pro gregibus aptum dono mitit.

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1493.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 907.

N. 4234.

E Regio Monte, 18.V.1555.

Albertus dux in Prussia
Stanislao Skaszewski, capitaneo in Krože,
pro Christophoro Holtzschucher, a Matthia Meybaum, domino suo, ad reddendas expensarum rationes in Krože coacto, intercedit et rogat, ut dicto Meybaum iniungat, «ut eas ipsas rationes a servitore suo, iuxta factas invicem pactiones, hic Regiomonti exigat atque audiat, ne servitor illius se praegravatum iure conqueri queat».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 909.

N. 4235.

E Regio Monte, 20.V.1555.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
iterum pro Ioanne Lochnicki, ut ei rex litteras salvi conductus concedere velit, quo se Vilnam conferre et innocentiam suam probare possit (cfr. N. 4207).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 910.

N. 4236.

E Regio Monte, 20.V.1555.

Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae
pro Andrea Miraw, nauclero illius navis, in qua merces Michaelis Behm Gedani arrestatae erant (cfr. N. 4231), et «quae damnum dedisse dicitur», innocentiam suam coram senatu Gedanensi probare volente, intercedit et petit, ut regina precibus suis adducta navim detentam liberari permittat. («Habet hoc ius harum terrarum quoque, quod aquaticum dicitur, ut ad eiusmodi cautiones naves, quae de damno in aquis dato detinentur, liberae fiant»).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff 911-912.

Albertus dux in Prussia

Catharinae reginae Poloniae

pro benevolentia reginali, et praesertim quod occasione initi matrimonii filiae suae omnia fausta et felicia optaverit, gratias agit; aliquot novitates ex Germania scribit.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 252-253.

An die konigin zu Polan etc., den 20 May 55.

Gnedige fraw.

Mit was gnediger gewogenheit E.Ko.Mt. ob wol vollendeter meiner lieben tochttern heimfart und hochzeitlichen freuden¹⁾, desgleichen meiner gesundten heimkonft frolocken, solchs habe ich mit undertheniger gebur aus E.Ko.Mt. gnedigem schreiben, auch Bernhart Bohibels mundtlicher werbung, eingenommen. Mercke und spure daraus anders nichts, dan E.Ko.Mt. gantz gnediges zugethanes gemuth, damit sie gegen mir und die meinen gericht. Und so dann ich dieselbe konigliche zuneigung auch hiebevorn in vil wege vermerckt, die ich als der geringe lehensfurst^{a)} nit zu verdienen weiss, so sage ich E.Ko.Mt. doch vor dises alles hohen underthenigen danck, und sollen E.Ko.Mt. jederzeit meine underthenige danckbarkeit hinwiderumb meinen schuldigen pflichten nach wircklich empfinden.

Bedanck mich aber furnemblich gegen E.Ko.Mt. des gnedigen wunschs, das der liebe Gott obenberurten [f. 252v] ehestandt gesegenen und meine geliebte tochter mit vilen erben begnaden wolt. Des alles E.Ko.Mt. ich zu tausentfach besser und mer auch von herten wunsche, und das E.Ko.Mt. von dem lieben Gott dermassen mit geschlecht gesegnet, das sie dermalseins und in kurtz vil freude daran sehen und haben möge.

Euer Ko.Mt. wolte ich auch gerne irem begeren nach etwas von zeitung ausm Deutschen Landt mittheilen. So habe ich doch dessen abscheu, weil vil mit ungrunde gesagt wirt. Es werden sonder zweifel E.Ko.Mt. nuhmer erfahren haben, das hertzogk Moritzen zu Sachsen gelassene witwe des alten churfursten zu Sachsen loblicher gedechtnuss²⁾ eltestem sohne³⁾ ehelich zugesagt, und soll das beylager auf nechstkonftigen Sonntag Exaudi⁴⁾ gehalten werden. Der liebe [f. 253] Gott gebe seine gnade darzu, das es wol gerathe. Sonsten sagt man von vilen heimlichen practicen und furnehmen, die doch mit der zeit an tagk khommen und das endt und den vortgang geben und weisen wirt. Do mir auch von disem oder anderm etwas zukumbt, dasselb soll jederzeit E.Ko.Mt. von mir underthenigst und freuntlich mitgetheilt werden.

Bevelhe hiemit E.Ko.Mt. dem schutz und schirm des Allerhochsten, mich aber, mein geliebte gemahel⁵⁾ und kindere⁶⁾ in Euer Ko.Mt. gnedige gewogenheit, denselben lieben Gott anrufende, er wolle E.Ko.Mt. in frischer und guter gesuntheit uns allen zu trost und bestem langwirigk erhalten, underthenigst bittende, E.Ko.Mt. wolle jederzeit bey irem hern und konige mein mit gnaden und im besten bedencken. Solchs erkenne ich mich zu verdienen schuldigk und wolt E.Ko.Mt. solchs etc.

A. Monczer.

a) *correctum ex:* landesfurst

1) *nuptiae filiae ducis Alberti, Annae Sophiae, cum Ioanne Alberto duce Megapolensi celebratae sunt 24.II.1555.*

2) *Ioannes Fridericus I († 1554).*

3) *Ioannes Fridericus II.*

4) *26.V.1555.*

5) *Anna Maria.*

6) *Anna Sophia, Elisabeth, Albertus Fridericus.*

N. 4238.

S.l., 20.V.1555.

*Albertus dux in Prussia
Valentino Backfarck, musico regio,
pro gratulatione ob felicem reditum suum (ex Germania post celebratas filiae
nuptias) gratias agit; mittit telam Anglicam ad vestes puero ei commisso
comparandas.*

Cfr. El. XLV, NN. 115, 117

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 253-254.

An Valentinum Backfarck, ko.mt. lutnisten, den 20 May 55.

Uns ist euer schreiben, zur Wildt den 17 [f. 253v] verschines monats Martii datirt, behendiget, aus welchem wir anfengklich euer wolmeinende gratulation wegen unser von dem Allerhochsten verlihenen gesunden widerkunft in unsere landt sampt fernerm inhalt vernohmen. Reicht uns demnach solch eure wolgesinnung und wunschung zu gnedigem und dancklichem gefallen. Sovyl aber ferner den knaben¹⁾, welchen wir euch uf geschehenes erbieten, inen uns zum besten in euer kunst zu unterweisen, zugefertigt, anlangen thut, wollen wir an eurem fleiss und das ir eurem erbiethen nachsetzen werdet, gar nicht zweifeln. Versehen uns auch daneben, era) werdeb) sich gegen euch, der knabe, aller gehorsamen und gefeligen gebur zu erweisen nicht underlassen.

Und nachdem ir uns in demselben eurem schreiben umb etzlich^{c)} gewande denselben knaben zu einem leibrocklein [f. 254] und hosen bitten thut, ubersenden wir euch hirmit 3 eln guth englisch thuch, versehentlich, er damit zu dem angezeigten versorgt sein werde. Und haben euch des uf eur etc.

Commissio Principis propria
G. Schulz.

a) *correctum ex:* ir

b) *in ms.* werdet

c) *sequitur expunctum:* gelde

1) *Ioannes Timme.*

N. 4239.

Neuhausen, 25.V.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
Alexandrum Mieleński, adolescentem litterarum studiosum in Italiam profici-
scentem, commendat et rogat, ut liberale stipendium ei decernere velit.
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 912-914.*

Regi Poloniae,, XXV Maii, pro Alexandro Mielenski.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Cum hic nobilis adolescens Alexander Mielenski¹⁾ totam fere aetatem in optimarum literarum studiis tum in Gallia, tum in Germania [cum] doc-

tissimis quibusque viris conversando traduxisset ac aliquot annos apud Illustrrem Principem, Dominum Ioannem Albertum Ducem Megapolensem, generum [f. 913] mihi charissimum²⁾, non infimo loco habitus esset, ubi praeclarum virtutis et eruditionis suae praebuit testimonium, atque ab eodem Illustri Principe discedens Italiam adire constituisset, scripsit Sua Illustritas ad me amanter petens, ut illum S. Vestrae Regiae Maiestati qua possem fide et diligentia commendarem. Etsi autem non dubitabam S. Regiam Vestram Maiestatem pro ea, qua est in optimos quosque liberalitate et gratia, ea facturam omnia, quae Illustris Princeps Megapolensis pro hoc adolescente peteret, tamen meas quoque literas ad S. Regiam Maiestatem Vestram, et generi mei petitione et huius adolescentis virtute adductus, dare volui. Quem quoniam alteris literis satis commendatum esse existimo S. Regiae Maiestati Vestrae, hic commendare amplius non constitui. Peto autem etiam atque etiam officiose et submisse, ut S. Regia Maiestas Vestra ex sua munificentia et liberalitate regia ei liberale stipendium in Italiam eunti clementer decernere velit, quam certe pecuniam S. Regia Vestra Maiestas meliores in usus convertere non poterit, quam in eos homines, ex quibus et S. Regia Maiestas Vestra et universum Regnum honorem et utilitatem uberrimam aliquando percipient. Quod quidem futurum et virtus et indoles dicti adolescentis facile mihi fidem faciunt. Quare S. Regiam Maiestatem [f. 914] Vestram iterum obnixè ac summopere oro, faxit clementer, ut eius hominis digna habeatur ratio. Id ego vicissim meis subditis studiis et officiis promereri contendam. Deus Optimus Maximus S. Regiam Maiestatem Vestram longis temporibus incolumem et felicem conservet. Ex Nova Domo etc.

C. S[ilvius].

1) *postea abbas Trzemesznensis, deinde episcopus Livoniensis († 1584).*

2) *maritum filiae ducis Annae Sophiae.*

N. 4240.

Neuhausen, 26.V.1555.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Gulielmo duce Brunsvicensi, quem «frater ipsius germanus, Dux Henricus Brunswicensis, non modo multis annis atque ultra decennium captivum (quae summa inhumanitas est) iniuste detinuit, sed postea etiam omnes pactiones cum ipso initas irritas effecit, nullam Suae Celsitudini fidem servat, nihil sumptus ex toto Ducatu suppeditat, imo et literas, si quae ab ipso mittuntur, prorsus aversatur et reiicit», intercedit et rogat, ut rex, «Germanicae nationis hominibus singulariter favens», miserum principem «pro servitore acceptare et annuo stipendio, regia liberalitate digno, providere» velit («est enim habilis ad servitia regibus praestanda... et seriis iocisque idonee adhiberi potest»).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 914-916.

N. 4241.

E Regio Monte, 29.V.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro Luca et Michaele Swero, fratribus germanis, servitoribus regiis, intercedit,
ut salaria aliquanto maiora annuatim habere possint.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, f. 917.*

N. 4242.

E Regio Monte, 29.V.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro Ivano Dziakoff, regis servitore, cui a mandatariis regiis aliquid stipendii
adhuc debetur, et qui stipendio illo, quod a rege habet, recte vivere non
potest, intercedit et rogat, ut residuum salarii sibi adhuc debitum conse-
quatur et ipsi bonis aliquot provideatur, unde honestius vivere possit.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, f. 918.*

N. 4243.

E Regio Monte, 30.V.1555.

*Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae
de nuntio regis Sueciae [Gustavi I] ad se misso [in negotio matrimoniali
unius ex filiabus reginae cum uno ex filiis eiusdem regis Sueciae] sibi
nihil constare nuntiat; cum primum tamen suus nuntius in Sueciam mis-
sus redierit, se citis itineribus ei significaturum, quid ille rettulerit et
quantum spei in eo negotio ex sententia conficiendo adhuc supersit.
(Latine)
Cfr. El. XXXI, N. 645.
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 919-920.*

N. 4244.

E Regio Monte, 30.V.1555.

*Anna Maria ducissa in Prussia
Bonae reginae Poloniae
pro singulari eius in se benevolentia, tam per litteras quam per nuntium viva
voce sibi significata, gratias agit et vicissim obsequia et observantiam
suam ei et filiabus defert.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 920-921.*

N. 4245.

S.l., 6.VI.1555.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
Ioannem Lochnicki (vel Łoknicki), servitorem suum, causam de homicidio
cum quibusdam Vilnae habentem, commendat.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 45, f. 255.*

N. 4246.

S.l., 9.VI.1555.

*Albertus dux in Prussia
Catharinae reginae Poloniae
plaustrum vinis Rhenensibus onustum dono mittit et a Deo precatur, ut eius-
modi vina reginae placeant et valetudini eius prosint.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 254-254v.*

N. 4247.

S.l., 9.VI.1555.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
notum facit se reginae Catharinae plaustrum vinis Rhenensibus onustum
dono mittere et a Deo precatur, ut eiusmodi vina reginae placeant et sani-
tati eius prosint (litterae eiusdem fere formae et tenoris ac praecedentes).
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 255-256.*

N. 4248.

E Regio Monte, 10.VI.1555.

*Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae
pro Ioanne Łoknicki (Lochnitzki) homicidii in Magno Ducatu Lithuaniae per-
petrati accusato (cfr. N. 4250).
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 921-922.*

N. 4249.

Neuhausen, 10.VI.1555.

Albertus dux in Prussia

*Ioanni Koppen, civi Gedanensi, factori regio in Samogitia,
pro subdito suo Antonio Bogner, ut duas sexagenas lignorum ex Samogitia
evehendas ei concedat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 43, ff. 221-222.

N. 4250.

E Regio Monte, 11.VI.1555.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
de eo «puram de Christo et Evangelii doctrinam» amplexo gratulatur et
optat, ut eum Deus in hoc salutari proposito diu confirmet; Ioannem Łok-
nicki, nobilem adolescentem, homicidii cuiusdam insimulatum, commen-
dat.*

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 922-924.

Duci in Olika, XI Iunii.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis multis nominibus dilecte.

Cum ad nos perlatum esset Illustritatem Vestram puram de Christo et Evangelii doctrinam amplexam esse, dici vix potest, quam nobis id auditu iucundum fuerit. Faxit Deus, ut quod ipse per Spiritum Sanctum suum in Illustritate Vestra operari cupit, multa diuturnitate [f. 923] confirmet, non tam ad Illustritatis Vestrae, quam reliquorum etiam, qui adhuc extra hoc ovile sunt, salutem et vitae aeternitatem. Quia vero inter alia charitatis officia et fidei fructus hi, qui se christianos vere profitentur, id mandati ab ipso Christo habent, ut afflictis subveniant et laborantes sublevent, inde adeo debito hoc pietatis ducti nobilem adolescentem Ioannem Lochnitzki, pro literis ad Illustritatem Vestram intercessoriis ad nos confugientem, non potuimus non benevolentia et commiseratione nostra complecti. Is cum se necis cuiusdam noxium insimulari dicat, optetque, ut Illustritatis Vestrae autoritate et opera adversariis suis per modum et viam transactionis reconciliari negotiumque hoc totum componi queat, maiorem nos in modum obtestatus est, ut ad hoc Illustritatem Vestram ei facilem efficeremus, ut ipsa Marschalcum suum, qui partes adversariorum istius Lochnitzki agere et tueri dicitur, ad componendam et transigendam causam hanc persuasionibus permovere dignaretur.

Cuius nos precibus eo benignius annuimus, quod scimus Illustritati Vestrae tam ex Sacrae Scripturae testimoniis quam scriptis etiam legibus constare, quod in eiusmodi casibus transactiones non prohibeantur, tum quod Illustritatem Vestram ex pietatis officio non difficilem [f. 924] ad hoc fore persuasum nobis sit. Itaque Illustritatem Vestram et amice et fraterne oratam habemus, ut precibus et intercessioni nostrae hoc det, quandoquidem labi humanum est (ita tamen, ut non ob id delictum^a) excusemus) atque hic adolescens fortassis, si quid peccavit, plus ex colore iuventutis

quam praemeditate deliquit, velit Illustritas Vestra auctoritatem et operam suam interponere apud S. Regiam Maiestaem et eos, ubi expedire putaverit, ut is Lochnitzki post obtentas publicae fidei literas et ad transactionem admissus, securitate tandem publica iterum gaudere possit. Ne si bono adolescenti ianua haec, ad quam se adeo officioso et prompto animo offert, praecludatur, secus quid ei tanquam homini inde obveniat, aut iuvenili instinctu in deterius prolabatur. Quod tamen modis omnibus hominem christinaum praevenire maxime decere existimamus, sicut id ipsum omnino nobis de Illustritate Vestra persuademus. Factura procul dubio rem ipsi Deo gratissimam, nobis vero tam acceptam, ac si illud in aliquem nobis coniunctissimum collocasset. Quod quibuscumque poterimus studiis et amice et fraterne demerituri sumus. Optamus tandem Illustritatem Vestram rectissime valere. Datae Regiomonti.

Ex commissione Principis propria
A. M[untzer]

In simili forma scriptum est mutatis mutandis Nicolao Radziwill, Palatino Trocensi.

a) *in ms.* dilectum

N. 4251.

E Regio Monte, 11.VI.1555.

*Albertus dux in Prussia
Gulielmo Pageto, regis Angliae consiliario,
facultatem quattuor naves in Regio Monte aedificandi certis conditionibus ei
concedit.*

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 925-927.

Wilhelmo Paceto, XI Iunii.

Pollicetur se permissurum, ut certis conditionibus ei liceat 4 naves Regiomonti extruere.

Magnifice ac Nobilis, sincere nobis dilecte.

Magnificentiae Vestrae literas, Londini VI Aprilis datas, quibus facultatem sibi quattuor naves in urbe nostra Regiomontana aedificandi concedi petit, accepimus easque legendo intelleximus. Tametsi autem post varias civium nostrorum querelas, quibus multum sibi de re sua familiari aedificatione eiusmodi navium decedere asserunt, quodque silvae ad urbem sitae magnopere exciduntur et devastantur, ut taceamus, quod pacationes de navibus construendis confectae minime observantur, quodammodo statutum habebamus non permittere in posterum ulli externo navium parandarum facultatem, tamen cum haud obscure intelligamus eas naves non minus ad usum Serenissimi Regis Angliae¹⁾ (cui amica nostra officia cum debita observantia declarata cupimus), quam ad Vestrae Magnificentiae commodum aedificari debere, clementer benigneque earum quattuor navium aedificationem concessimus his sane conditionibus, ut Vestrae Magnificentiae integrum quidem sit quosdam architectos Anglos peritos [f. 926] construendarum navium huc adducere, ceteros autem omnes fabros atque artifices, quibus ad hanc rem indigebit, hic ex nostratibus sua mercede conducere. Itemque materiem omnem tam ferramenti,

veli aliarumque rerum necessariarum, quam ligni, a nostris civibus coemere, neque aut ex silvis proximis, aut ex aliis civitatibus eius materiei quidquam huc advehere debet, ne se Respublica detrimento aliquo affectam possit conqueri. Magnificentia quoque Vestra curabit, ne qua civitatum nostrarum Regiomontis prae alia habeat praerogativam, sed qua in civitate materiei copiam habere poterit, eo in loco Magnificentia Vestra naves construendas mandabit.

Et quoniam hoc tempore varii rumores de bellicis expeditionibus Anglorum hic apud nos sparguntur, facile Magnificentia Vestra considerare potest, si vel Regi Daniae²⁾ vel aliis nostris vicinis ab his navibus aliquid periculi et incommodi expectandum, quo animo ea res nobis ferenda et quantopere nos laesura sit. Itaque factorem Magnificentiae Vestrae eius rei commonefaciendum curavimus, qui quidem recepit se certis documentis probaturum nihil hostile Regnum Angliae contra Daniam vel moliri vel cogitare, nihilque prorsus periculi hinc metuendum. Cum igitur haec aliaque non immerito apud nos curiose expendamus nec dubitemus, quin Vestra Magnificentia in primis bene consultum cupiat, nosque omnes offensionum causas et occasiones tam erga Serenissimum Angliae, quam Daniae Regem quovis pacto vitare conemur, noluimus hoc ipsum Magnificentiae Vestrae celare. Quibuscumque enim in rebus Serenissimo Angliae Regi amica [f. 927] studia praestare, Vestraeque Magnificentiae gratificari possumus, non desiderabitur in nobis quicquam. Quod econtra Magnificentiam Vestram promptitudine suorum erga nos studiorum facturam clementer confidimus. Cupimus Magnificentiam Vestram bene feliciterque valere. Ex Monte Regio ut supra.

Cancellarius legit
C. S[ilvius]

1) *Philippus II.*

2) *Christianus III.*

N. 4252.

E Regio Monte, 23.VI.1555.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

asserit se non teneri in commodum Vilnensium et Caunensium ad novos portus exstruendos et navigationi eorum consulendum, cum hoc sibi a parente eius, Sigismundo I rege, eorundem subditorum regionum instinctu interdictum sit; regio tamen accedente consensu se paratum esse nuntiat id eis concedere, ut sumptibus propriis eiusmodi portus sibi construant.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 927-928.

Regi Poloniae, XXIII Iunii.

Belangend den baw zur Kukernesesen.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Binas eodem tempore a S. Regia Vestra Maiestate literas accepi. Ac quantum ad priores quidem de non fovendo eo, qui periculum Vilnensibus minatur, attinet, in eo mandatum iam est subditis meis, sicut voluit Maiestas Vestra, daboque operam, ut – si deprehendatur – postulatis S. Regiae Vestrae Maiestatis, quantum iustitia et aequitas patitur, satis fiat.

Quae vero S. Regia Vestra Maiestas alteris a me literis contendit, ut ex commodo et voluntate Vilmensium et Caunensium navigationi eorum consulam, novosque a me extrui portus cupit, in eo videntur homines isti S. Regiae Vestrae Maiestatis id a me requirere, in quo nihil eis debeo, ut qui servitutem illam in me non agnosco, [f. 928] quam ipsi mandato S. Regiae Vestrae Maiestatis extorquere nituntur. Constitueram quidem olim rogatu eorundem S. Regiae Vestrae Maiestatis subditorum eam navigationis commoditatem, sicut iam Maiestas Vestra postulat, adornare. Sed ut sunt hominum animi facile mutabiles, eo mihi tempore a divo Maiestatis Vestrae parente severe eius operis structura instinctu eorundem subditorum interdicebatur. Itaque ipsi nunc sibi imputent, si quid incommodi interdum inde sustinent. Nunc cum tanti laboris opus magnorum sumptuum sit, ut mihi sustinendi non sint, neque ad id obligatum me agnoscam, veniam mihi dabit S. Regia Vestra Maiestas, si postulatis eius non satisfecero. Sin vero sua interesse existimaverint eidem Maiestatis Vestrae subditi, ut ea structura instauretur, facile quidem me ad hoc adduci patiar, ita tamen, ut ipsi de sumptibus operis eius incipiendi, perficiendi et deinde etiam successu temporis conservandi mecum prius, accedente S. Regiae Vestrae Maiestatis scitu et consensu, transigant. Extra hanc enim conditionem rationes meae non ferunt id oneris, quod mihi antea a divo Maiestatis Vestrae parente satis severe interdictum est et quod mei muneris esse non agnosco, in me recipere, sicut haec S. Regiam Vestram Maiestatem^{a)} prudentius secum consideraturam esse non dubito. Atque haec quidem S. Regiae Vestrae Maiestati respondenda esse putabam. Quam feliciter valere exopto. Datae Regiomonti etc.

A. M[untzer]

a) *in ms.* Maiestas

N. 4253.

E Regio Monte, 23.VII.1555.

*Albertus dux in Prussia
Martino Zborowski, palatino Calissiensi,
per filii eius [in aula sua ducali degentis] servitorem eum salutatur et pro equo
gradario sibi misso ei gratias agit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 928-930.

N. 4254.

S.l., 30.VI.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
de nuntii sui in Sueciam missi reditu et de toto negotio matrimoniali a rege
Sueciae seniore in iuniorem reiecto.*

Cfr. El. XXXI, N. 647.

Ostpr. Fol., vol. 83, Heiml. Reg., ff. 599-601.

An könig zu Polen, den 30 Juny anno 55.

E.Ko.Mt. kan ich dienst-, freuntlicher und undertheniger wolmeynung nicht vorhalten, das dieser tage mein gesandter, welchen ich in bewusten sachen, E.Ko.Mt. geliebten schwester betreffende, an den cum titulo konig zu Schweden abgefertiget, widerumb ankommen und unter anderm diese andtwordh einbracht, das die alte ko.w. zu Schweden¹⁾ diesen handel dem jungen erwehleten könige²⁾, als den derselbe am meysten angehe, [f. 600] in seinen rathe gestellet, und nun an deme were, das s.ko.w. desselben erclerung erwartete, mit bitt, ich eines cleinen vorzugs unbeschweret sein wolte, des weren s.ko.w. erputtig. Sobald sie ired sohns gemuthe erkundiget hette, wolten s.ko.w. mich dasselbe und iren gantzen sin, wes sie in diesen sachen zu thun geneigt, durch einen eigenen bothen, den sie forderlich an mich abzufertigen bedocht, vorstendigen. Doneben haben auch ire ko.w. in der gegebenen andtwordt unter anderm mich gebetten, ich dieselbe in geheim vorstendigen wolte, auf wasserley conditiones, mittel und wege die beden konigreiche, Polen und Schweden, desto mehr trostes und forderung voneinander zu gewarten hetten, zu vogleichen sein mochten.

Weil dan die sachen dermassen gestaldt, habe ich aus schuldiger underthenigkeit, aus blutsvorwandter pflicht nicht underlassen wollen, E.Ko.Mt. allein volkomlich solches zu vormelden, domit ob derselben in erbvortrege oder vorstendtnus sich mit berurtem reich Schweden einzulassen gelegen sein wolte, das ich vor [f. 601] meyne person allerley umbstende halben vor nutz und gut achte, ich mich darnach zu richten. Do nun E.Ko.Mt. vor gut ansehen, hochgemelter ko.w. zu Schweden der begerten conditionen halben einige meldung forderlich zu thun oder dem bothen, ob der ankopt, zu eroffenen, und E.Ko.Mt. mir solches auferlegen, wil ich mich in demselben, wie auch sonstem allem anderm, meynes underthenigen fleisses als der gehorsame furst und blutsfreundt erboten haben und, ob Gott wil, in dem wenigsten den mangel nicht sein lassen. Hiemit E.Ko.Mt. Gott bevelende.

B. Gans.

1) *Gustavus I.*

2) *Ericus XIV, filius Gustavi I natu maior, a. 1555-56 «regens», mortuo patre a. 1560, rex Sueciae.*

N. 4255.

S.I., 30.VI.1555.

Albertus dux in Prussia

Bonae reginae Poloniae seniori

de reditu nuntii sui in negotio matrimoniali reginularum in Sueciam missi et de eodem negotio a seniore rege Sueciae [Gustavo I] in iuniozem [Ericum XIV] reiecto (cfr. N. praeced.).

(Germanice)

Cfr. El. XXXI, N. 648.

Ostpr. Fol., vol. 83, Heiml. Reg., ff. 601-602.

N. 4256.

S.l., 3.VII.1555.

*Albertus dux in Prussia
palatino Pomeraniae [Fabiano Czema]
de pratis subditis suis praeter sententiam et mandatum regium occupatis et
feno in eis demesso queritur et rogat, ut bonae vicinitatis causa homines
suos ab eiusmodi incepto, usque ad finalem limitum determinationem,
cohibeat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 256v-257.

N. 4257.

S.l., 6.VII.1555.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarto, magistro curiae reginae Catharinae,
servitores suos, boves sibi emendos inspecturos, in Russiam mittit et rogat, ut
Tarto suos quoque servitores aliquot illuc mittat, qui una cum suis boves
bene inspiciant et emptionem eorum faciant.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 257-257v.

N. 4258.

S.l., 7.VII.1555.

*Albertus dux in Prussia
Ulrico Hosio et Ioanni Kurcewicz (Kuncewicz?), telonei praefectis,
pro Gulielmo Franck, subdito suo, cui ob non persolutum teloneum linum
retentum est (epistulae huius nonnisi breve summarium habetur).*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, f. 257v.

N. 4259.

E Regio Monte, 16.VII.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
oratorem regium ad se missum, episcopum scil. Samogitiae Venceslaum
[Wierzbicki], se libenter vidisse et diligenter audivisse nuntiat et addit
responsum suum ad legationem eiusmodi ex eo ipso episcopo regem intel-
lecturum esse.*

(Latine)

Cfr. El. XXXI, NN. 643, 644.

Ostpr. Fol., vol: 54, f. 931.

N. 4260.

E Regio Monte, 16.VII.1555.

*Albertus dux in Prussia
Laurentio, tenentario Chelmensi,
servitorem suum in bona Gabrielis Tarlo, capitanei Chelmensis, mittit ad tre-
centos boves sibi illic emendos et rogat, ut cum eodem servitore suo de
iusto et aequo eorum pretio conveniat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 930.

N. 4261.

E Regio Monte, 18.VII.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
rogat, ut diem citationis in causa de hereditate Martini Schuller, civis olim
Marienburgensis, quae quibusdam subditis suis et regiis «contra quos-
dam adversariae eorum partis procuratores communis est», ad festum
usque s. Laurentii [10.VIII.] prorogare velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 931-932.

N. 4262.

E Regio Monte, 21.VII.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
robora aliquot arida ad tormenta bellica conficienda mittit.*

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 932-933.

Regi Poloniae, XXI Iulii.

Mittit robora ad tormenta bellica paranda.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Quod S. Regiae Maiestati Vestrae superiore tempore de mittendis ali-
quot aridis roboribus ad conficienda tormentorum bellicorum necessaria
opera recepi, id nunc tandem praesto ac S. Regiae Maiestati Vestrae qua-
draginta robora transmitto. Citius autem a me missa essent, nisi ex pixida-
rio S. Regiae Maiestatis Vestrae intellexissem eiusdem servitorem Iacobum
Bretfuss huc ad me missurum, quibus ea robora commode traderentur, [f.
933] homines, quorum adventum expectavi hactenus. Quare S. Regia Maie-
stas Vestra clementer excusatum me hoc nomine habere velit, hancque
moram non gravatim ferre. Quodsi pluribus etiam huiusmodi lignis opus
habuerit, curet S. Regia Maiestas Vestra hinc petenda atque asportanda.
Non autem dubito haec ipsa robora conficiendis quorumcunque tormento-
rum operis tum crassitudine, tum duritie satis idonea aptaque esse, etiamsi
quibusdam minus densa fortasse crassaque videbuntur. Quae omnia tamen

arbitrio S. Regiae Maiestatis Vestrae commissa volo. Cui me etiam meaque omnia subdite commendo. Deus Optimus Maximus S. Regiam Maiestatem Vestram diu salvam, incolumem et fortunatam conservare dignetur. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

N. 4263.

S.l., 1.VIII.1555.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarto, magistro curiae reginae Catharinae,
pro Fabiano Henisch (vel Heinisch), regis Romanorum subdito, subditorum
suorum: Volfii Burgkstaller, Fabiani Romlau et Christophori Ottendorff
cognato, cuius causam ex adiuncta supplicatione eum cogniturum esse
nuntiat, intercedit et rogat, ut negotium eius reginae Catharinae commen-
det.*

*(Annexum: litterae a regina Catharina ad regem Romanorum scribendae,
quibus pro Fabiano Henisch, oppidi Lauben [Lubań] in Silesia cive, per
eiusdem oppidi incendium ad extremam paupertatem redacto, intercedit).*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, 258-260.

N. 4264.

E Regio Monte, 31.VIII.1555.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Bielewicz

*pro Ioanne Streckfuss, subdito suo, cui Bielewicz debito quodam adhuc tene-
tur, quod non solum hucusque non restituit, sed eundem subditum suum
id, quod sibi debetur, repetentem graviter vulneravit et de internecone ei
interminatus est, intercedit et admonet eum, «ne quid porro eiusmodi vel
in hunc vel quemvis alium subditum nostrum attentet», et debitam
subdito suo pecuniam sine mora restituat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 933-934.

N. 4265.

Caunae, 4.IX.1555.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Trzebuchowski, cubiculi regii praefecto,

*adolecentem Nicolaum Thalwitz commendat et petit, ut eum in librum regio-
rum aulicorum ascribere velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 934-935.

Caunae, 5.IX.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro civibus Toruniensibus, severo mandato regio coactis «pium concionato-
rem, Ioannem Hyalinum»,... «non solum ab officio dimittere, sed etiam
civitate prohibere».*

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 935-936.

Regi Poloniae, V Septembris.
Pro Thorunensibus.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

In itinere, cum oppidum S. Vestrae Regiae Maiestatis Kaunam ingres-
sus essem, oblatae sunt mihi per quosdam cives Thoronienses literae totius
civitatis nomine scriptae, in quibus multis lamentationibus querelae fiunt,
quod senatus Thoroniensis severitate mandati a S. Regia Maiestate Vestra
editi coactus sit pium concionatorem, Ioannem Hyalinum, non ita pridem
ad docendum syncerum Evangelium Christi receptum, non solum ab offi-
cio dimittere, sed etiam civitate prohibere. Ideoque suppliciter me orant et
obsecrant, ut illis literas commendaticias [f. 936] ad S. Vestram Maiesta-
tem impartiri non gravatim velim measque preces, quibus plurimum adiu-
menti sibi accessurum pro clementissima S. Vestrae Regiae Maiestatis erga
me voluntate confidunt, pro illis interponere.

Quam eorum petitionem cum piam plane et honestam ducerem,
minime recusare illis potui. Quam ob rem S. Vestram Regiam Maiestatem
maximis quibus possum precibus obtestor et propter salutem miserarum
animarum, verbi divini puritatem sitientium, etiam atque etiam rogo, ut
istius civitatis in facienda potestate vel huius dimissi concionatoris revo-
candi vel alium pium et doctum assumendi rationem habere dignetur.
Quod quidem S. Vestram Regiam Maiestatem pro eximio amore et studio
verae pietatis et purioris religionis christianae propagandae vel ultro fac-
turam mihi omnino persuasum habeo. Erit hoc S. Regiae Vestrae Maiestati
apud omnes pios laudabile et honorificum. Ipsa autem Maiestas Vestra
Regia opus Deo gratum factura est, qui pro hac verbi sui divini propaga-
tione aeternam beatitudinem ei rependet. Ego vero qua possum observan-
tia in eo demerendo obligatum me agnosco. Datae Caunae.

D. Jonas

Velunae, 7.IX.1555.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
excusat se, quod ad regis postulata de constituendo observatore teloneorum in
civitatibus suis Cleipodia, Tilsa, Ragneta et Labiau nihil certi nunc
respondere possit.*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1499.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 936-937.

Tilsae, 12.IX.1555.

*Albertus dux in Prussia
palatino Russiae [Nicolao Sieniawski]
pro equis missis et novitatibus (de saevitiis Turcarum in Hungaria) sibi signi-
ficatis gratias agit.*

Cfr. El. XL, N. 1492.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 938-939.

Palatino Russiae, XII Septembris.

Gratias agit, quod equas misit et nova perscripsit.

Redditae nobis sunt Magnificentiae Vestrae literae, quibus indicat, quanta nimi alacritate affecta fuit ex proximis nostris literis, praesertim certiore factam fuisse ipsam de valetudine [nostra], et pro maiori erga nos benevolentiae argumento misit nobis dono decem illas equas, offertque praeterea nobis Magnificentia Vestra officium suum precaturque summam felicitatem. Pro quibus omnibus non modo nos^{a)} magnas gratias agimus, sed etiam Vestrae Magnificentiae erga nos animi propensionem ea, qua decet, gratitudine remetiri pollicemur. Cum vero nobis significatum fuerit, quibus rebus ex hisce nostris oris Vestrae Magnificentiae gratificandum foret, non dubitet, quin maiori studio nos promptos habeat. Quod ut Vestra Magnificentia certo sibi persuadeat, amicissime petimus.

Ceterum novi quod scripsit Vestra Magnificentia, gaudium nobis attulit pariter et dolorem: gaudium quidem, quod Vestra Magnificentia hac ratione animum suum in nos benevolentiosem declarat, dolorem vero (ut enim summopere dolendum est), quod Turcarum Imperator¹⁾ tantas saevitias molitur contra Christianitatem, praecipue Ungariae Regnum, Deum Optimum Maximum assiduis gemitibus precantes, ut christicolos suos et adiuvet et tueatur, cuius solius nutu Turcae truculentia refrenari, vel potius abarceri potest. Optandum etiam est interim, ut divinum numen christianis principibus hanc mentem tribuat, qua unanimiter, vel quod dicitur coniuncta manu, Turcicae sanguinolentae tyrannidi resistent.

Hoc est, quod ad Vestrae Magnificentiae literas respondere [f. 939] volumus, amice rogando, ut saepius nobis, praesertim si quando novi aliquid oritur, rescribat, quo utriusque benevolentiae memoria frequentius refricetur. Valeat longum Vestra Magnificentia et nos mutuo amore, ut facit, prosequi pergat. Datae Tilset ut supra.

a) in ms. non

1) Solimanus II.

Tilsae, 19.IX.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
de particulis finium controversis sibi in possessionem assignandis.*

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 939-940.

Regi Poloniae, 19 Septembris.

Petit loca finium controversa, sicut S. Regia Maiestas Sua illa est pollicita, per Dominum Castellanium Trocensem¹⁾ assignari in possessionem.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Quandoquidem S. Regia Vestra Maiestas pro sua in me benevolentia et amore singulari, cum proxime apud illam essem, clementer pollicebatur mandaturam se esse, ut pars illa finium, quae Samogithiam et Prussiam terminat, per Magnificum Dominum Castellanium Trocensem in possessionem primo quoque tempore mihi traderetur ea dimensione, sicut a meis commissariis ex verbis factorum demonstrata esset, hac clementissima S. Regiae Vestrae Maiestatis pollicitatione fretus, dum per aliquot dies adventum dicti Domini Castellani hic expecto, mittitur tandem heri ad me ab Magnificentia Sua nuntius, qui illud in mandatis attulit: mandatum esse a S. Regia Vestra Maiestate Magnifico hero suo, ut eam [f. 940] terram finium, de qua hactenus disceptatum esset, nomine S. Regiae Vestrae Maiestatis mihi traderet, sed ea conditione, ut prius perlustraret et metiretur atque ad S. Regiam Vestram Maiestatem referret omnia. Cui responsum a me est, non dubitare me de promissione S. Regiae Vestrae Maiestatis, ut quae nullam lustrationis sive dimensionis novae conditionem appossuisset, sed simpliciter ipsam possessionis et domini traditionem iuxta eam demonstrationem, quae a meis commissariis ex manifestissimis factorum verbis ad oculos S. Regiae Vestrae Maiestatis commissariis facta esset, clementer pollicitam fuisse. Itaque sperare me eius Magnificentiam ipso nunc facto, dum hic illud expectans haererem, quae S. Regia Vestra Maiestas promisisset exequuturam esse.

Ne autem negotio huic morae aliquid diuturnioris iniiceretur, duxi haec S. Regiae Vestrae Maiestati significanda esse. De cuius in me amore promissionumque firmitate cum dubium plane nullum mihi sit, spero S. Regiam Vestram Maiestatem ea, quae verbo regio et specificè mihi pollicita est, ipso nunc tandem facto, dum hic illud expecto, per Dominum Castellanium supradictum confirmari pro sua clementia curaturam esse. Illud autem sibi de me S. Regia Vestra Maiestas persuadeat, nihil me amplius cupere, nisi ea, quae ex pactis et S. Regiae Vestrae Maiestatis munificentia mihi competunt. Factura S. Regia Vestra Maiestas, pro suo in me amore et clementia, rem mihi longe gratissimam et perpetuis meis servitiis, sicut fidelem decet vasallum Principem, demerendam. Quod reliquum est, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere percupio. Datae Tilset.

Ex commissione Principis propria
A. M[untzer]

1) Hieronymus Chodkiewicz.

N. 4270.

Tilsae, 19.IX.1555.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

rogat, ut in obtinendis a rege particulis finium controversis iuxta factam iam prius promissionem regiam adiumento sibi esse velit.

(Latine).

Cfr. El. XL, N. 1498.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 941-942.

Albertus dux in Prussia

Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogithiae capitaneo, particulas finium controversas iuxta promissionem regiam sibi in possessionem tradi petit.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 942-944.

Hieronymo Kotkowitz, Castellano Trocensi et Capitaneo Samogithiae Generali, 19 Septembris.

Petit iuxta regiam pollicitationem sibi particulas finium controversas tradi.

Magnifice et Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Ex nuntio Magnificentiae Vestrae intelleximus habere Magnificentiam Vestram in mandatis, ut terram eam, quae Samogithiam et Prussiam terminat, sicut pollicita nobis est S. Regiae Maiestas, cum proxime apud illam Vilnae essemus, nobis in possessionem tradat terramque illam cum aliis limitibus lustret, metiatur ac vias ibidem parari iubeat. Quibus praemissis idem Magnificentiae Vestrae servitor nobis salutem et studium Magnificentiae Vestrae [f. 943] cum precatatione rerum omnium felicissimarum detulit petitivique, ne secus acciperemus, quod Magnificentia Vestra nos prius non inviseret, quam mandata S. Regiae Maiestatis exequeretur, annectens et illud, ut potestatem faceremus Magnificentiae Vestrae citra impedimentum praefectorum et subditorum nostrorum obequitandi et lustrandi omnia iuxta mandatum S. Regiae Maiestatis, et quonam pacto metiendum sit et quid praeterea Magnificentia Vestra utile et consultum in hoc negotio existimet. Atque haec quidem summa legationis huius ad nos relatae fuit.

Primo autem Magnificentiae Vestrae maximas agimus gratias pro salute nobis dicta et comprecatione, quae non nisi amanter a Magnificentia Vestra tanquam a singulari amico nostro profecta accipimus. Vicissim autem ei longam et incolumem valetudinem cum uberrimo omnis felicitatis incremento et successu reprecamur. Quod vero S. Regiae Maiestas Magnificentiae Vestrae mandavit, ut ipsa nos in possessionem eius terrae, sicut coram verbo illud regio nobis pollicita est, mittat, pro eo, ac debemus, S. Regiae Maiestati immortales gratias agimus, quod S. Regia Sua Maiestas memor fuerit pollicitationis suae, quam ut in dubium vocavimus nunquam, ita ne adhuc [quidem] de firmitate illius quicquam dubitabimus. Perquam gratum autem illud nobis est, quod negotium nobis tradendae possessionis Magnificentiae Vestrae tanquam ei, qui nobis bene vult, demandatum esse cognovimus.

[f. 944] Itaque amice Magnificentiam Vestram rogatam habemus, eam ut traditionem faciat, cum omnibus pertinentiis et attinentiis eius terrae, iuxta regiam pollicitationem, nobis in regia persona factam, et sicut verba pactorum iureiurando et sigillis confirmata habent ac quemadmodum a regiis et nostris commissariis ad oculum antea demonstrata sunt omnia, non dubitantes Magnificentiam Vestram pro suo in nos amoris affectu in hoc amantem se nostri declaraturam atque eam traditionem, dum in dies illam hic expectamus, maturaturam esse.

Excusationem autem Magnificentiae Vestrae, quod nos nisi prius mandatis S. Regiae Maiestatis confectis non inviserit, opus ad nos non fuisset.

Facile enim existimare possumus, rationes id Magnificentiae Vestrae sic postulare. Oramus autem Deum Optimum Maximum, ut clementiam in nos S. Regiae Maiestatis adaugeat, illamque in prospera gubernatione, rebus secundis et affluentibus ac longa incolumitate in annos Nestorii usque praeditam conservet, ut eius Maiestas solatio sit Regno et dominiis suis, nosque cum omnibus eius Maiestatis fidelibus subditis gaudere sub tutela et protectione Suae Maiestatis possimus. Haec habuimus, quae Magnificentiae Vestrae ad legationem nuntii sui respondenda esse putavimus. Cupimus Magnificentiam Vestram rectissime valere. Cui nos nostraque amice commendata esse cupimus. Datae Tilseth.

A. M[untzer]

N. 4272.

S.l., 19.IX.1555.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarto, magistro curiae reginae Catharinae,
rogat, ut negotium obtinendi a rege particulas finium controversas apud regem
promoveat.
(Schedula: petit a rege impetrari, ut suum annuum stipendium, summa
scil. 4000 florenorum, huius anni iam fere elapsi nondum persolutum, et
anni quoque futuri Marienburgi vel Gedani a thesaurario terrarum Prus-
siae ante Pascha sibi numeretur.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 260-261v.*

N. 4273.

Tilsae, 24.IX.1555.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Przerembski et, mutatis mutandis, Nicolao Radziwiłł «Nigro» et Stani-
słao Trzebuchowski
pro Reinholdo Crocau, nobili adolescente, intercedit et petit, ut ei exemplum
litterarum immunitatis, a rege ipsi Vilnae iam concessarum, ex cancella-
ria extradendum curet.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 944-945.*

N. 4274.

Ragnetae, 7.X.1555.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
gratias agit, quod negotium de finium particulis sibi tradendis apud regem
promovit; de officialibus regiis, vulgo tivunis appellatis, queritur, qui con-
tra mandata regia «miseros colonos, qui in iis oris nunc degunt, quas ad
nos redituras sperant, indignis modis exercere, violenter bonis suis
exuere et vitae insuper insidiari» non verentur.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 998-1000.*

N. 4275.

S.l., 7.X.1555.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
de officialibus regis terrae Coadiuten, quos vulgo tivunos vocant, qui miseros
homines ibi degentes variis modis vexant et opprimunt, queritur et rogat,
ut a rege impetrare conetur, quo iuxta pollicitationem regiam eadem terra
controversa ad se redeat.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 261v-262v.

N. 4276.

E Regio Monte, 18.X.1555.

*Albertus dux in Prussia
regi Angliae [Philippo]
pro studio in persona sua parenti eius, Carolo V imperatori, commendanda et
negotiis suis iuvandis gratias agit et decem falcones dono mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 948-949.

N. 4277.

E Regio Monte, 18.X.1555.

*Albertus dux in Prussia
reginae Angliae [Mariae]
pro benevolentia in se eius gratias agit et octo falcones dono mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 950-951

N. 4278.

E Regio Monte, 18.X.1555.

*Albertus dux in Prussia
Gulielmo Pageto, reginae Angliae consiliario,
quattuor falcones dono mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 951-953.

N. 4279.

E Regio Monte, 18.X.1555.

*Albertus dux in Prussia
Martino Zborowski, palatino Calissiensi,
quattuor falcones dono mittit.*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1502.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 953-954.

N. 4280.

E Regio Monte, 18.X.1555.

*Albertus dux in Prussia
Stanislao Ostroróg, castellano Międzyrzecensi,
quattuor falcones dono mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 954-955.

N. 4281.

E Regio Monte, 18.X.1555.

*Albertus dux in Prussia
Iacobo Ostroróg
quattuor falcones dono mittit.*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1503.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 955-956.

N. 4282.

E Regio Monte, 18.X.1555.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Tomicki, castellano Rogosnensi,
quattuor falcones dono mittit.*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1504.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 956.

N. 4283.

E Regio Monte, 21.X.1555.

Albertus dux in Prussia
Martino Zborowski, palatino Calissiensis,
pro equis sibi, filiae suae [Annae Sophiae] et genero, Ioanni Alberto duci
Megapolensi, missis gratias agit et benevolentiam suam ipsi declarat.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 957-958.

N. 4284.

S.l., 21.X.1555.

Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
Achillem Scipionem, civitatis Vratislaviensis iudicem et internuntium, rei
militaris peritum, regi commendari petit.
(*Schedula: de commodis et emolumentis ex eodem Achille Scipione regi et*
Regno Poloniae profecturis).
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 262v-264v.

An Gabriel Terla etc., den 21 Octobris 55 etc.

Wir fugen euch hiemit gnediger meinung zu vernehmen, das uns der etc. Achilles Scipio, Schellenschmide genant, ko[nigliche]r hofrichter der stadt Breslaw und rit- [f. 263] meister etc., in seinem durchzuge alhie underthenigst berichtet, wie er in etzlichen der gedachten stadt Breslaw anligenden gescheften an die ko.mt. zu Polan etc. abgefertigt. Weil ehr ime dann unsere furdernusschriften derorth nicht wenig ersprieslichen zu sein gentzlich getröstet, hat er uns, euch inen derwegen gnediglichen zu commendiren, demutiges vleiss angelant und gebethen. Und nachdem wir dann der oben geregten stadt Breslaw, wie auch nichtsweniger disem irem geschickten, als einem ehrlieben, erfarnen und wolgeubten kriegsman, der sich in vilen zugen wider den erbfeindt der cristenheit, den Turcken, des ime seine pasporth, kundtschaften und zeugnuss geben, weidelichen gebrauchen lassen, mit besondern gnaden und zu irem besten zu befördern geneigt, und die bevolhenen werbe, deren er euch mundtlichen berichten wirdet, der pilligkeit gemess vermercken, haben wir ime solch sein bitten nicht weigern mögen. Und gelangt demnach an euch unser gar gnediges gutlichs sinnen und begeren, ir wollet euch umb diser unser furbeth willen dieselben der stadt Breslaw gemeine anligende [f. 263v] beschwer bey hoch[gedachter] ko.mt. zum allerbesten befördern, sonderlich aber des gesandten person umb seines ehrlichen verhaltens willen, der dannocht im fall der noth der Chron Polan, auch disen landena) nutzlichen seyn und dienen kann, bevholen seyn lassen und gutten wyllen beweysen, damit ehr gutte, schleunige, fruchtbare begerte^{a)} abrichtung seiner hendel bekhomen und sich diser unser furbith genossen empfunden ruhmen muge. Solchs seint wir gegen euer person, dero wir mit allen gnaden geneigt, hinwider gantz gnediglichen zu erkennen geneigt. So wirt es auch die stadt etc.

Commissio Principis propria
Princeps audivit
A. Hack

Cedula

Hirneben mogen wir euch vester wolmeinung nicht bergen, seinthema und der Chron Polan gelegenheit und das [f. 264] dieselbe von iren widerwertigen nicht wenig angefeindet, auch wess jeweilen ko.mt. von den stenden eins theils zu kriegen gerathen, bewust, darob wir dann besorgen (aber doch den lieben Gott zu langen zeiten gnediglichen zu verhalten bitten), das es nicht dermaleins zum streichen gerathe, do dan die ko.mt. und der Chron Polan gute erfarene kriegsleuth, die etwas wissen, und versucht und in notfellen guten rath geben und mittheilen können, vonnothen sein wurden, und uns diser Achilles^{z)} Scipio von etzlichen unsern hern und freunden der Chron Polan verwandt und incorporirt, welchen dises ehrlichen mannes gelegenheit und erfarenheit nicht unbekant, dermassen geruhmet und commendiret ist worden, das wir bey uns nicht fur undienstlich, sondern ser nutzlich sein achten, ehr in ko.mt. zu Polan dinst behandelt wurde.

Weil wir uns aber nicht allein besorgen, sondern auch wissen, die stad Breslaw solchen man schwerlich von sich khomen lassen werde, hiltens wirs dannoch darfur, wann die ko.mt. an [f. 264v] die stad Breslaw mit gnaden begeren thet, ir disen mahnen im fall der noth ein zeitlang zu leihen und zustehen zu lassen, es solte irer ko.mt. nicht abgeschlagen werden. So konnten auch eure person mit disem ehrlichen manne in ko.mt., doch mit derselben willen, handlung pflegen, das ehr sich uff solchen fall ko.mt. zu dinst versprechen wolthe, und must ire ko.mt. ein geringes nicht ansehen und ime ein stuck geldes zum wartgelt gnediglichen geben, so behielt ir mt. solchen mahnen, der gleichwol in notfellen fur andern etwas weiss, gesehen, erfaren, auch rathen kann und solchen feindt anzugreifen weiss, an der handt, den solche leuth nicht alwege und bevorab in eilenden furfallenden notfellen, die sich jetzzeiten plötzlich begeben können, nicht zu haben. Welchs alles wir, in forma meliori bey ko.mt. vortzusetzen, in euer bescheidenheit hiemit gestellet haben.

Princeps audit
A. Hack

a)-a) *alia manu scriptum.*
z) *sic in ms.*

N. 4285.

E Regio Monte, 22.X.1555.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

Achillem Scipionem, artis militaris peritum, civitatis Vratislaviensis internuntium, commendat.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 958-959.

Regi Poloniae, XXII Octobris.

Commendat Achillem Scipionem.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrino Charissime.

Nobilis hic atque artis militaris peritissimus vir Achilles Scipio, qui ad S. Regiam Vestram Maiestatem internuntium agit civitatis Vratislaviensis, iter hac faciens petivit se negotiumque suum, quod in commissis habet, quod quale sit S. Regia Vestra Maiestas tam ex literis Serenissimi Roma-

norum Regis, quam ipso etiam narrante intelliget, literis meis S. Regiae Vestrae Maiestati commendari. Non quod de S. Regiae Vestrae Maiestatis clementia in omnem aequitatem ultronea dubitet, sed quia [f. 959] qualemcumque hanc commendationem meam sibi plurimum profere confidit. Itaque eo benignius eius petitioni annuendum esse putavi. Peto autem S. Regiam Vestram Maiestatem quam officiosissime, ut negotium, quod habet, favore complecti suo dignetur. Quod facturam esse non dubito, ubi quale sit intellexerit.

Ipsam autem internuntium, virum et hominem militarem, maiorem quoque in modum S. Regiae Vestrae Maiestati commendatum esse cupio. Meretur enim hoc eius virtus et a puero ad militiam assuefacta multisque expeditionibus exercitata praeclara et homine non vulgari digna indoles, quemadmodum id ipsum munere quodam S. Regiae Vestrae Maiestati contestatum reddet. Qua in re non tam eos, a quibus mittitur, sed eum ipsum sibi multis servitiis multaque observantia devinciet. Pluribus haec a S. Regia Vestra Maiestate contenderem, nisi spontanea illam ad hoc voluntate propendere scirem. Quae omnia uti officiosissime demeriturum me recipio, ita non dubito, quin senatus populusque civitatis Wratislaviensis suam quoque gratitudinem erga S. Regiam Vestram Maiestatem declaraturi sint. Quod superest, S. Regiam Vestram Maiestatem felicissime valere exopto. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

N. 4286.

E Regio Monte, 22.X.1555.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
Achillem Scipionem commendat (cfr. N. praeced.).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 959-960.

N. 4287.

E Regio Monte, 25.X.1555.

*Albertus dux in Prussia
capitaneo Samogitiae [Hieronymo Chodkiewicz]
pro Ioanne Francisco, cive Regiomontano, cuius factori in Samogitia, licet
consueta telonea persolverit, aliquot fila «contra aequitatem» adempta
sunt, intercedit et rogat, ut ei merces ademptae restituantur et «in postere-
rum ut libera sit illi secundum pacta conventa negotiatio».*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 960-961.

N. 4288.

E Regio Monte, 28.X.1555.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Vilmensi, M.D.L. cancellario,

Ioannem Lohmüller, consiliarium suum ad regem missum, qui eum etiam nomine suo salutaturus eiusque consilium petiturus est, commendat et rogat, ut ei plenam fidem adhibeat.

(Schedula: novitates quasdam scribit).

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 961-962.

Duci in Olyka, XXVIII Octobris.

Commendat internuntium suum petitque illum consilio iuvari et fidem ei habere.

Ablegavimus certis in negotiis ad S. Regiam Maiestatem Poloniae et Dominum nostrum clementissimum praesentium [exhibitozem], consiliarium et fidelem dilectum Ioannem Lohmuller, cui simul iniunximus, ut Illustritatem Vestram adiret et fraternis nostris officiis oblatis denuntiatisve eandem in hisce negotiis sibi demandatis consuleret, autoritateque Illustritatis Vestrae [f. 962] (quae hactenus semper nobis praesto fuit) uteretur. Quare ab Illustritate Vestra fraterne et amanter petimus, ut dicto nostro consiliario plenam et indubitam fidem, non secus ac nobis ipsis, si coram essemus, habeat suaque autoritate, quod potest, benigne adiuvet. Id erga Illustritatem Vestram amicis nostris et fraternis studiis promerebimur. Quam felicissime valere optamus. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

Cedula

Ceteruma) Illustritatem Vestram celare nolumus allatas hisce diebus literas, quibus scribitur Regem Swetiae¹⁾ intra dies 14 ad viginti millia hominum Rutenorum de exercitu Magni Ducis Moscorum²⁾ prostravisse ac profligasse, ferturque Regem occupasse Ruthenicam Narven, quem locum etiamdum in sua potestate tenere dicitur. Scriptae sunt hae novitates 23 Septembris anno LV.

C. S[ilvius]

a) *in margine: Scribit nova*

1) *Gustavus I.*

2) *Ioannes IV Basilides.*

N. 4289.

E Regio Monte, 28.X.1555.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro litterarum exhibitoribus, subditis regiis Samogitiensibus, qui obtentis a rege privilegiis et indultis, quorum vigore per biennium libere aedificare et agros desertos colere possunt, a praefecto quodam Stanislaio Uba «ini-quissime vexantur et quodammodo expilantur».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 963-964.

N. 4290.

E Regio Monte, 28.X.1555.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Przerembski, R.P. vicecancellario,
pro Antonio Bogner, cive Regiomontano, cuius litteris moratoriis a rege obtentis a Gedanensibus nulla attribuitur auctoritas, intercedit et petit, «ut pro confirmatione earum literarum serium aliquod et sub expressa gravi poena et multa mandatum ad Gedanenses dari curet, ne quod S. Regia Maiestas... acquissimis de causis indulset, per Gedanenses infringatur impediaturve».

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1510.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 962-963.

N. 4291.

E Regio Monte, 29.X.1555.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro Eustachio Vogelweider, cive Regiomontano, cuius negotium ex incluso supplicationis libello regem intellecturum esse scribit, intercedit et petit, ut ipsum ita iuvare velit, «ut quod acquitate et iudicium Vilnensium sententia iam antea legitime in iudicio consecutus est, obtinere et citra aliorum impedimentum auferre inque rem suam convertere queat».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 964-965.

N. 4292.

E Regio Monte, 30.X.1555.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro Michaele Fridwaldt intercedit petens, ut ei promissam iam prius facultatem regem in venationes sequendi concedere dignetur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 965-966.

N. 4293.

E Regio Monte, 30.X.1555.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae,
pro subditis quibusdam suis, quorum nomine suus instigator officii agit, intercedit et rogat, ut causam eorum de hereditate scilicet Martini Schuler novae cognitioni subiiciat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 965-966.

N. 4294.

E Regio Monte, 10.XI.1555.

Albertus dux in Prussia

*Nicolao Radziwit, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
pro Leonardo Bretschneider, cive Regiomontano, cuius filius Laurentius
Bretschneider, aurifaber olim Vilnensis, una cum uxore recens e vivis
discessit, relictis post se duobus liberis impuberibus; nunc eorundem
impuberum avus alios duos filios suos, demortui fratres, Gabrielem et
Michaellem, Vilnam mittit, ut a tutoribus impuberes liberos una cum ipso-
rum substantia repetant et in Regium Montem adducant; rogat igitur, ut
eis in hoc negotio conficiendo auxilio sit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 967-968.

N. 4295.

E Regio Monte, 11.XI.1555.

Albertus dux in Prussia

*Sigismundo Augusto regi et, mutatis mutandis, Catharinae reginae Poloniae
duas sexagenas turdorum dono mittit et de paucitate muneris se excusat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 968-969.

N. 4296.

E Regio Monte, 11.XI.1555.

Albertus dux in Prussia

Eustachio (Ostaphi) Wollowicz

*de violentia praefecti eius in Deussipuda, qui nocturno tempore pagum quen-
dam suum invasit et tres latrones inde vi extraxit, queritur et postulat, ut
capitaneo suo Stradaunensi, istos latrones repetenti, eos restituat et prae-
fecto suo iniungat, ne in posterum eiusmodi violentiam subditis suis
inferre audeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 969-970.

N. 4297.

E Regio Monte, 11.XI.1555.

Albertus dux in Prussia

Simeoni Olelkowicz, duci Slucensi,

*Florianum Zawadzki, qui in numero veredariorum suorum aliquandiu fuit, ex
aula sua discessurum et aliam conditionem sibi quaesiturum, commen-
dat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 970-971.

N. 4298.

E Regio Monte, 12.XI.1555.

*Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae*

litteras reginae pro executione decreti Gedanensium, contra Andream Miraw, subditum suum Regiomontanum, lati, se accepisse nuntiat et ex eis, sicut etiam ex relatione Ioannis Konecki (Koniecki), servitoris reginae, rem totam cognovisse; rogat tamen, ut ante talis decreti executionem subdito suo innocentiam suam coram regina probare liceat, et ut regina «potius clementia et benignitate regia, quam summo et stricto iure cum illo agere dignetur».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 971-972.

N. 4299.

E Regio Monte, 13.XI.1555.

*Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae*

iterum pro subdito suo [Andrea Miraw, nauclero] intercedit et rogat, ut ei regina ad se accessuro et innocentiam suam probaturo clementiam ostendat, «praesertim cum in hoc damnum atque naufragium non studio, voluntate aut proposito aliquo suo inciderit, sed fortuito prorsus casu maloque fato ad hoc infortunii raptus sit» (cfr. 4231, 4236, 4298).

(Schedula: duas sexagenas cum dimidia «avium ex turdorum genere» dono mittit; suspicatur se apud reginam in oblivionem venisse, cum antea nonnumquam equum Neapolitanum ab illa habuerit, hoc tamen anno hac ex parte neglectus sit).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 973-975.

N. 4300.

E Regio Monte, 18.XI.1555.

Albertus dux in Prussia

Ursulae de Sieprc Lwowska, castellanae Covaliensis,

nuntiat se capitaneo suo in Schönberg [Christophoro a Polentz] mandasse, ut servitori eius subditos profugos, quos ille nominaret, «secundum pacta et conventa» extraderet; causam vero eius [recte: sororis eius, Elisabeth de Sieprc Brudzewska, palatinae Lanciensis], in iudicio Hohensteinensi pendentem, accelerare promittit.

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1506.

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 975.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,

de binis litteris acceptis; de rege una cum Tarlo certamini equorum in nuptiis sororis interesse volente; de necessitate Deum orandi, ut periculo Turcico imminente gregem suum servare dignetur; de imperatoris et papae legatis cum m. duce Moscoviae tractaturis; de negotio finium inter Prussiam et Lithuaniam controversorum; de annuo suo stipendio Marienburgi sibi quotannis persolvendo et de sua eam ob rem cum Stanislaio Kostka controversia.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 265-269.

An Gabriel Terla, den 20 Novembris 55.

Wir haben kurtz nacheinander zwei latteinische schreiben von euch bekhomen, in welchem ersten ir vermeldet, wie die ko.mt. zu Polan, unser [gnediger] her, uff konftige hochzeit¹⁾, so umb Katherine gehalten werden solle, mit euch zu rennen bedacht und darauf unsern rustmeister Heintz Foller zu sich erfordert, welchs wir sampt fernerm anhang eures bittens, das wir die ko.mt. davon abhalten und solchs desuadiren solleten, notturftig eingenohmen und verstanden. Nun haben wir unsern rustmeister uff ko.mt. begeren alsbaldt hinauf gefertigt. Das wir aber irer mt. eurem^{a)} biten nach nicht geschriben, hoffen wir bey euch aus bedenklichen ursachen entschuldigt zu sein, dann wir je nicht gerne fur denen angesehen wolten werden, der sich understehen dörfte, s.ko.mt. zu regiren, weil s.ko.mt. als der hochverstendig konig uns zu einem hoffmeister nicht be- [f. 265v] notturft, und leichtlich in solchen fellen ihr selbst abzunehmen, wess zum besten geschicht, kan zum ergesten ausgelegt werden. Und wiewol uns nicht lieb, das s.ko.mt. mit euch treffen wollen, seinthema^{l)} ir euch also hoch eures alters und anderer gebrechen halben erklaget, so sehen wir doch fur gerathener an, weyl s.ko.mt. je solche ritterspil und kurtzweil nicht underlassen wollen, das es mit verstendigen und solcher sachen geubten leuthen geschehe, dann mit denen, die zuvor niemals bey solchem schertz gewesen, zu Gott hoffende, er werde gnaden verleihen, das dise sachen wol und glucklich ausgericht, dan der konige hertz in seinen almechtigen henden stehn, der sie auch wohin es ime gefellig, gantz leichtlich lencken und leiten kan. So soll man auch keinem h[ern] dem gemeinen sprichwort nach einen rith [f. 266] versagen, dan ehr gehet eben sobaldt hinter sich als fur sich.

Die mitgetheilten zeitungen vom Turcken lassen sich ser erscherecklich ansehen, und ist allerley daraus zu befahren. Demnach der liebe Gott wol hochlich und embsiges fleises zu bitten, das er mit seiner gnadt bey den christen sein wolte, welchs sonder zweifel geschehen wurde, wan wir auch rechtschaffene gute cristen wehren. Aber weil wir dannocht den namen haben und uns cristen ruhmen, auch das heilige gotliche wort bey uns ehren und vortstellen, wollen wir nicht zweifeln, das der ewige Gott seinem heufflein, so in der noth zu ime schreyet, gnedigen beistandt werde leisten, gnediglichen sinnende, da etwas mehr und gewisses von solchen und dergleichen zeitungen ankheme, ir wollet uns dieselben eurem erbiten nach mitzuthailen nicht beschwer haben.

Das der rokey.mt.²⁾ und des babstes³⁾ legaten unterwegs sein und noch ungewiss, was ire [f. 266v] werbung sein werde, doch das man vermeinet, der key[serlich]e gesanthe werde vonwegen des grosfursten in der Muscaw⁴⁾ handlen etc. Darzu wolten wir wunschen, das die key.mt. einen solchen hendeler schickte, der nicht allein fride machte, sonder auch das, wess der Muscowitter zur unbilligkeit irer ko.mt. und der Chron Polan abgedrungen, widebrachte. Dann ohne das konthen wir nicht sehen, was ko.mt. durch solche handlung gedienet, weil itzunder befunden, in was bedrangnuss der Muscowitter stehe. Solte er aber daraus komen, were es ko.mt. noch weiter zu befahren, und der fride unseres bedunckens itzundt vergeblich. Wollen aber hoffen, man werde nuhmer von den gesanthen erfahren haben, wohin die sache sehe und wie es darumb gelegen. So wirdt man auch ohne zweifel wissen, was des hertzogen zu Munsterburgk und der [f. 267] andern⁵⁾ werbung bey ko.mt. gewesen.

Aus dem andern eurem schreiben haben wir verstanden, welcher gestalt ir bey ko.mt. in unsern sachen, die irrungen der littischen grenitz belangende, angehalten und zum treulichsten gefördert. Darfur wir dann in gnaden dankbar, wollens auch zur gelegenheit mit der that erkennen. Und wiewol uns die guter Kotzitze⁶⁾, so bishero in sequester gestanden, nicht gantzlich und volkomlich eingereumbt, auch den armen leuthen daselbst, sowol unsern als den andern dahingehorigen, ire genohmene habe und guether noch nicht allenthalben restituiret, so hoffen wir doch, es sollen vermittelst gottlicher hulff auf nechster handlung, wen wir mit irer ko.mt. zusammenkohmen, alle sachen wol und recht hingelegt werden, dan wir an ko[niglich]e g[nade]n niemals gezweifelt, weil wir dieselbe jederzeit thadtlich gespuret und befunden.

Daneben wollen wir euch in gnaden nicht bergen, das euer diener B. Bohubel verruckter zeit bey uns gewesen und dasjenige, wess ir ime an uns gelangen zu lassen bevolhen, mit treuem vleiss ausgericht und vermeldet, da er under anderm auch unser [f. 267v] jerlichen besoldung gedacht mit anzeige, wie er briff und bevelich an ko.mt. schatzmeister uf Marienburgk⁷⁾ hatte, das uns nicht allein die hinderstelligen 4000 f. alsbaldt erlegt, sonder auch des kunftigen jares besoldung itzundt zuvor ausgegeben werden solte. Nun haben wir uns gedachtes Bohubels widerkonft gleich versehen, konnen aber nicht wissen, warumb er also lang aussenbleibet, ob es ime vileicht mit den gescheften also gehet, wie es bey den kaufleuthen itzt nicht seltsam, das sie wenig glauben halten. Wir haben aber gleichwol nicht unterlassen, disen tag an gemelten schatzmeister zu schicken und inen des koniglichen bevelichs zu erinnern. Wess wir aber (abwesens des itzigen schatzmeisters) von dem alten Koska⁸⁾ fur antwort erhalten, werdet ir aus inligender abschrift zu ersehen haben. Wiewol wir nun verhofft, es solte sich der schatzmeister fur seinem [f. 268] auszuge (denn wir doch nicht gewust) etwas geburlichers gegen uns erzeigt haben, so vermercken wir doch, wohin die sachen sehen. Ob aber der ko.mt. ehre und existimation also vil betrachtet und bewogen wirdt als vileicht der eigen nutz derjenigen, so die koniglichen bevelich hoher achten solten, lassen wir andere urtheln. Und weil uns unsere besoldung uber verhoffen gantz fursetzlich und mutwillig aufenthalten wirt, so will unsere gelegenheit, ja auch hohe notturft dagegen erfordern (seintemal wir auch trauen und glauben zu halten schuldig), das wir uns ausserhalb ko.mt. willen und bevelich ferner nicht beschweren und dermassen aufziehen lassen. Nachdem wir aber die ko.mt. je nicht gern mit solchen klagen durch unsere schriften beschweren und molestiren, so gelangt derwegen unser gnediges sinnen an euch, ir wollet

unbeschwert sein, mit ko.mt. von unserntwegen daraus zu handeln und nachmals zu befördern, das uns vermöge voriges königlichen bevelichs der beyden jare besol- [f. 268v] dung itzundt unter eins entrichtet werde, angesehen, das wir also lang nach dem verlassenen verzogen. Und damit ir solchs bey ko.mt. deste fuglicher vortzustellen, haben wir euch hieneben einen credentz an s.ko.mt. lautendt zugeschickt, das dieselbe euch hirinne volkomen glauben beyzumessen.

Do es auch euer person nicht beschwerlich, begeren wir gnediglichen mit dem jungen Koska aus der sachen zu reden, dann sooft er uns schreibt, gebraucht er vil hohes erbieten und volgt doch mit der thadt nichts. Möchten derwegen villieber leiden, wo man uns nicht dienen und wilfaren wolte, das man uns auch nicht undienete oder nachteilig wer, den unsers verhofens haben wir je weder ime noch seinem vatter jemals ursach [f. 269] zu solchem gegeben. Es hat sich auch der alte Koska neben der schriftlichen antwort vil disputirens gegen unserm diener, den wir derorth abgefertigt halten, vernemen lassen, das uns unser dinstgelt nicht auf Marienburg, sonder aus der Chron Polan verschriben. Wolten aber gern von ime wissen, ob Marienburg auch zur Chron gehörig oder nicht. In somma, wir möchten leiden, das man bey andern und nicht oben bey uns suchet, sich zu reichen. Mussen auch entlich dahin trachten, wie wirs machen, das wir solcher leuthe gnadt hinfuro nicht leben durffen. Solchs alles wolten wir euch unserer notturft nach unvermeldet nicht lassen, abermals gnediglichen sinnend, ir wöllet muglichen fleiss furwenden, damit uns uff dismall von ko.mt. gnediglichen gewilfaret. Das seint wir etc.

Commissio Principis propria
Con[stantinus] Silvi[us]

a) *sequitur expunctum*: begeren und

1) *Sermo est de nuptiis sororis regis, Sophiae, cum Henrico II duce Brunsvicensi, quae tamen non nisi 25.II.1556 Guelferbyti (Wolfenbüttel) celebratae erant.*

2) *Carolus V.*

3) *Paulus IV.*

4) *Ioannes IV Basilides.*

5) *Ioachimus a Poděbrady, dux Munsterbergensis, ep. Brandenburgensis, et Stephanus Fabri ac Lucas Bachscheidt, consilarii ducis Brunsvicensis, de matrimonio Henrici II cum reginula Sophia apud regem agebant.*

6) *Koczyce vel Coadiuten.*

7) *Ioannes Kostka.*

8) *Stanislaus Kostka, pater Ioannis.*

N. 4302.

E Regio Monte, 21.XI.1555.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Vlnensi, M.D.L. cancellario,

pro diligentia in promovendo finium regundorum negotio gratias agit; instrumenta venatoria mittit.

Cfr. El. XL, N. 1498.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 976-977.

Duci in Olika, XXI Novembris.

Gratias agit pro opera apud S. Regiam Maiestatem in finium negotio interposita. Item mittit instrumenta venatoria.

Officia nostra amica etc.

Binas Illustritatis Vestrae literas, diverso tamen tempore datas, accepimus. Ex prioribus sane Illustritatis Vestrae operam et studium in promovendo negotio nostro, quod cum S. Regia Maiestate Poloniae, Domino nostro clementissimo, de finibus Lithuanicis nobis intercedit, non obscure cognovimus. Qua de re gratias Illustritati Vestrae merito habemus et occasione data fraterne referemus. Etsi enim bona illa Koczitze, in sequestro hactenus posita, nondum plene et integre nobis tradita sunt, et colonis id loci per praefectos regio spoliatas expilatisve necdum satisfactum est, tamen speramus tandem futuro tempore, ubi cum S. Regia Maiestate Sua iterum Deo volente convenerimus, omnia haec bono et optato fine terminata iri. Quod ut Deus Optimus Maximus clementer faxit, supplici prece contendimus.

Alterae nobis literae non minus quam priores acceptae fuere. Magnopere enim gratum nobis accidit, quod Illustritas Vestra petere aliquid a nobis dignata est. Itaque Illustritati Vestrae duas bombardas silice incendendas una cum lapidibus aliquot aereis ad ignem excutiendum idoneis, duo venabula et cultros item venatorios duos, quibus instrumentis ipsimet hactenus in venandis et persequendis ursis, uris et bisontibus non infelicitate saepe usi sumus, mittimus. Maius venabulum ad ursum urumve in retibus seu coram [f. 977] canibus figendum et capiendum accommodatum est, et inveniet Illustritas Vestra non obscura in eo signa, quae testabuntur id venabulum in conflictibus fuisse. Nam in superiore parte hastilis infra cuspidem et ferramentum ursinorum dentium vestigia cernuntur. Mittimus etiam novum et solidum hastile, si forte Illustritas Vestra permutandum cum veteri censeat.

Alterae hasta proiectilis est, qua usi sumus, quoties fera fugiens equo persequenda et petenda fuit. Quod autem haec ipsa instrumenta minus polita sunt, id inde est, quod non tam splendorem aut nitorem in his affectamus, quam ut firma et solida^{a)} sint erga tales feras, curamus. Quare Illustritatem Vestram etiam atque etiam amanter petimus, ut haec ipsa venatoria instrumenta benigno vultu a nobis suscipere ac boni aequique consuere velit. Si quibus aliis in rebus Illustritati Vestrae gratificari possumus, ubilibet paratos nos offendet. Cui porro omnia fausta feliciaque precamur. Regiomonti etc.

Commissio Principis propria
C. S[ilvius]

a) in ms. solita

N. 4303.

E Regio Monte, 22.XI.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
litteras Elisabeth comitissae Hennebergensis, ad regem scriptas, transmittit et
eandem comitissam iterum commendat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 977-978.

N. 4304.

E Regio Monte, 23.XI.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
tormentorum bellicorum magistrum seu pyxidarium [Benedictum Kniper],
novam conditionem sibi quaesiturum, commendat et rogat, ut eum rex
«in stipendiariorum suorum numerum cooptare dignetur».*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 978-979.

N. 4305.

E Regio Monte, 23.XI.1555.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
Benedictum Kniper, civem Regiomontanum, tormentorum bellicorum magi-
strum seu pyxidarium, ex Italia reversum (ubi reginae Bonae stipendiis
«in agro Neapolitano » aliquandiu meruit), aliam sibi conditionem quae-
siturum, commendat et rogat, ut causam eius apud regem promoveat, quo
in numerum regiorum pyxidariorum acceptetur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 979-980.

N. 4306.

E Regio Monte, 24.XI.1555.

*Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae
suo venationum praefecto se mandasse nuntiat, ut retia venatoria, a regina
desiderata, praefecto reginae in Ostrołęka tradat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 980-981.

N. 4307.

S.l., 25.XI.1555.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
pro Elbingensibus religionis causa ab adversariis vexatis.*

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 269v-270v.

An hern Gabriel Terla. In simili forma an hern Stanislaum Miscoffski,
den 25 Novembris 55.

Wir mugen euch in gnaden nicht bergen, das uns ein er[barer] rath der
stadt Elbing wehemutiglichen zu erkennen geben, wess inen abermals von

iren widerwertigen in sachen der religion und sonsten gantz beschwerlich zugefugt, darob sie irer hohen notturft nach an ko.mt., unsern g. hern, die irigen aufzugeschicken und sich der auflagen und bezichtigung, wie billich zu entledigen, entschlossen, uns hirneben umb dise unsere gnedige furder- nuss aufs demutigste anlangende. So wir dann mit den guthen leuthen ired bekommerlichen zustandes ein g[nedige]s und cristlichs mitleiden tragen, haben wir inen ir bith umb sovil weniger abzuschlahen gewust. Wiewol wir nun nicht zweifeln, es werde eure person, auch ohne unser erinnern, sich disfals gegen obgedachten rath aller cristlichen und billichen furde- rung, hulff und raths zu erzeigen wissen, so gelangt demnach an euch unser gantz gnediges sinnen und begeren, ir wollet umb diser unser vorbith wil- len, deren ersprieslichkeit sich mer gedachter rath zum höchsten nechst Gott tröstet, dieselben gesanthen und ire hendel euch ins beste angelegen und bevolhen sein lassen, und nicht zweifeln, wie ir aus belernung gottli- ches worts wisset, es werde in solchem Gott dem almechtigen zuförderst von euch zu angenehmen gefallen beschehen, das eurer person auch dise muhe und arbeit, so sie wegen erbauun seiner [f. 270v] cristlichen kirchen auf sich nehmen, zeitlich alhie und in seinem reich ewiglich belohnen wer- de. Wir aber seint es in allen gnaden zu erkennen gewogen, so wirt ein erbar rath gemelter stadt Elbing dasselbe etc.

An[dreas] Monzer

N. 4308.

S.l., 26.XI.1555.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

de unione hereditaria inter duces Pomeraniae et Megapolenses inita, cuius exemplar transmittit.

Ostrp. Fol., vol. 83, Heiml. Reg., ff. 672-673 et ff. 906-909 (sine dato, sub anno 1556).

An könig zu Polen von s. dt. mit eigener handt gethan schreyben, den 26 Novembris anno 55.

Gnedigster könig.

Ich trage keinen zweyfel, E.Ko.Mt. haben noch gut wissen, was ich hie- bevor uf vorgangenem petercauischen reichstage¹⁾ durch meynen radt und diener Assuerum Branden bey E.Ko.Mt. in hohem vortrauen der erbeini- gung halben mit E.Ko.Mt. und der Cron Polen, volgends der furstlichen heusern Pommern und Meckelburgk, das solche widerumb vorneuert und aufgericht werden mochte, suchen und bitten lassen. Worauf dan E.Ko.Mt. mir domals die andtworth widerfaren lassen, es wusten E.Ko.Mt. noch die itzigen landtrethe sich der hendel nicht zu erinnern, und derhalben an mich begeret des handels gruntliche erkundigung zu thun, und wie, wen, wo und auf was mass die erbeinigung gestanden, zu erfaren und E.Ko.Mt. den grundt zu berichten. [f. 673] Alsdan wolten E.Ko.Mt. den handel bedencken und sich einer entlichen andtwort entschlossen.

Nun habe ich dem handel nachgeforscht und eine warhaftige copiam solcher erbeinigung bekommen, welche E.Ko.Mt. ich hiemit underthenigst ubersende, gantz dienst- und freuntlich bittende, weil ich solche erbeini-

gung in meynem bedencken E.Ko.Mt. itziger irer gelegenheit nach nicht ungerathen, sonder sehr gutt und nutz erachte, E.Ko.Mt. wolle die copiam lesen, fleissig erwegen, und wes ir und der Cron Polen hirin zu thun sein wil, bedencken und sich gegen mir in andtworth ercleren.

Was dan ich ferner hirin rathen, dienen, thun und helfen kan, sollen E.Ko.Mt. mich, iren diener, meynem vorstande nach den treuen lehensfursten und freundt haben und erspuren. Was auch in der copien der erbeinigung zu endern, zu mehren, davon oder darzu zu thun, stehet in E.Ko.Mt. fernerm bedencken und erwegen. Und wolte E.Ko.Mt. gnedigen abscheidt hiruf erwarten.

Heinrich Stendtrich.

Sub textu: No. Die copia der erbeinigung, doruf sich diss schreyben zeucht, ist nit hiebey funden.

1) *Comitia Regni a 22.IV. usque ad 15.VI.1555
Petricoviae celebrata.*

N. 4309.

S.l., 26.XI.1555.

Albertus dux in Prussia

Catharinae reginae Poloniae

rogat, ut apud regem Romanorum efficiat, quo confirmatio unionis hereditariae inter Saxoniam, Hassiam et Hennebergam ineundae, comitissae ab Henneberg detrimento futurae, retardetur.

Ostpr. Fol., vol. 83, Heiml. Reg., ff. 674-676.

An die königin zu Polen, den 26 Novembris anno 55.

Gnedigste konigin etc.

Ich zweifel nicht, E.Ko.Mt. werden aus den schriften, so die hochgeborne furstin etc., grevin zu Hennenberg¹⁾, an E.Ko.Mt. thut, vormergken, welcher gestaldt dieselbe E.Ko.Mt. ir anligen klagende eröffnet, unter welchem dan sonderlich diss nicht die geringste beschwerung ist, das durch die hern von Sachssen und Hessen sambt den von Hennenbergk eine erbvorbruderung, welche irer l. und derselben tochter an habenden briefen und sigeln und leibgedingsvormechtnussen nicht wenig schedlich sein solle. Aufgerichtet auch also, obwol ire l., das solchs geschehen, erfahren, konne sie doch nicht zu dem rechten effect, weniger den copien derselben kommen. Deweil aber solche hendel itziger zeit an der key.mt. hoff sollen gefordert und confirmirt werden, [f. 675] do dan E.Ko.Mt. durch iren hern vater, den cum titulo romischen konig²⁾, wol befordern kan, das solche confirmacion ein weilzeit aufgeschurtzt werden mochte, so gelangt an E.Ko.Mt. mein gantz dienstlichs freuntliches bitten, E.Ko.Mt. wollen disfals iren hern vatern ersuchen und seine ro.ko.mt. zum kindligsten und fleissigsten erinnern, wes dieselbe wegen ires ro[mische]n ko[nigliche]n ampts zu schutz und schirm armer withwen und weysen, sonderlich furstliches stammes, zu thun schuldig. Und derwegen s.ro.ko.mt. dohin behandeln, das, wie gemeldet, sie am keyserlichen hoffe die underbannung thun wolle, damit die confirmacion solcher neuen erbvorbruderung der hern von

Sachsen, Hessen und Hennenbergk noch eine weilzeit gestutzt und wo muglich von derselben^{a)} vorbruderung copien erlangt und daraus gesehen werden muge, ob dieselben den obgemelten furstinnen, der von Hennenbergk und irer tochter, an irem leipgeding oder sonsten nachteilig oder nicht. Hirin wollen sich E.Ko.Mt. die gnedige konigin erzeigen und [f. 676] sich ihr meyne liebe mutter hochgemelt mit gnaden in allen iren sachen bevolen sein lassen, das lohn dafur von Gott, der wolthaten nicht unbelohnet lesset, nehmen etc.

Principi sic placuit
Heinrich Stendtrich.

a) *sequitur expunctum*: erb

1) *Elisabeth*.

2) *Ferdinandus I.*

N. 4310.

E Regio Monte, 28.XI.1555.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae,

pro Elbingensibus, severitate quorundam mandatorum regionum, in causa religionis editorum, nimis oppressis, intercedit et rogat, ut «civitatis Elbingensis senatus favori commendatum suo habeat nec permittat, ut adversariorum malevolentia prematur».

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 981-983.

Regi Poloniae, XXVIII Novembris.

Pro Elbingensibus.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Ex incluso hoc supplici libello S. Regia Vestra Maiestas cognoscet, quid senatus civitatis Elbingensis a me petat in eo, quod queritur praeter omnem expectationem in causa religionis negotium sibi fieri et severitate quorundam S. Regiae Vestrae Maiestatis mandatorum se accusari, quasi fidelitatis suae oblitus ad pleraque in ignominiam seu vilipendium S. Regiae Vestrae Maiestatis conniveat. Quia vero teste Deo et conscientia sua hac ex parte omni se culpa vacare profitetur ac nisi a malevolis illa suis parum candide excogitata atque sinistro ad S. Regiam Vestram Maiestatem consilio delata esse suspicatur, referre sua arbitratus est ad docendum [f. 982] innocentiam suam legatos ad S. Regiam Vestram Maiestatem hos mittere. Quibus cum meam quoque addi commendationem ac per me facilem ad S. Regiam Vestram Maiestatem aditum praeparari petitum esset, precibus eiusmodi abnuendum esse non putavi. Etsi autem dubium mihi non est S. Regiam Vestram Maiestatem, pro clementia in fidei subditos sua, etiam citra meas preces, sicut in omnibus consuevit, ita et hac ex parte clementer eos nuntios audituram esse, maiorem tamen in modum S. Regiam Vestram Maiestatem oro, ut civitatis Elbingensis senatus favori commendatum suo habeat nec permittat, ut adversariorum malevolentia prematur, sed contestationi innocentiae eius senatus plus fidei tribuat, quam sinistrae quorundam delationi, qui meo iudicio quicquid agunt, ex

inveterato quodam odio agere videntur. Quantum autem incommodi ex huiusmodi initiis, quae non ad aedificandam, sed destruendam Reipublicae tranquillitatem fomento sunt, provenire soleat, illud S. Regiam Vestram Maiestatem prudenter consideraturam esse non dubito. Praecipue cum ego intelligam quosdam ex concivibus Elbingensibus, quorum instinctu haec fieri dicuntur, ex iis esse, qui seditionis ante aliquot annos in Prussia exortae complices fuerint. Hinc facile S. Regia Vestra Maiestas colligere potest, quoniam haec respiciant.

Ceterum quoniam ad haec de negotio quoque religionis ipsos nuntios verba ad S. Regiam Vestram Maiestatem habituros intellexi, facere non potui, quin et hanc legationis ipsorum partem commendatione prosequeremur mea, tametsi sciam S. Regiam Vestram Maiestatem ultro ei favere, ut [f. 983] quae non tam in publicis Comitibus omnibus Regni sui ordinibus, quam ipsis etiam Elbingensibus in privato quodam responso Vilnae non ita pridem permisisse dicitur doceri sanam et incorruptam doctrinam de Christo usque ad proximam Regni sinodum. Factura itaque est S. Regia Vestra Maiestas opus Deo gratum, si multorum animas, puritatem verbi divini et salutem inde aeternam sitientium, iuverit. Ipse enim gregis sui dux Christus, qui huius mundi potentes et magnates praecipuam ecclesiae suae nutriendae et fovendae curam habere iussit, tam temporalibus huius vitae quam aeternis praemiis S. Regiae Vestrae Maiestati omne id, quod in propaganda nominis sui gloria collocarit, uberrime rependet. Quod ipsos quoque fideles S. Regiae Vestrae Maiestatis subditos assiduis ad Deum precibus suis flagituros esse non dubito. Ego vero qua possum observantia ad demerendum hoc obligatum me S. Regiae Vestrae Maiestati agnosco. Quod reliquum est, S. Regiam Vestram Maiestatem in multis annos feliciter valere et rebus omnibus secundis affluere percipio. Datae Regiomonti.

A. M[untzer].

N. 4311.

E Regio Monte, 28.XI.1555.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwill, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
commendat legatos civitatis Elbingensis ad regem proficiscentes, ut causam
religionis defendant et senatus ipsorum innocentiam contra malevolorum
delationes doceant.*

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 984-985.

Duci in Olike, XXVIII Novembris.
Eiusdem cum prioribus argumenti.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Quam vere praedixerit Christus, Salvator noster, in ultimis mundi temporibus multis ecclesiam suam afflictionibus subiectam variisque novercantis fortunae procellis obnoxiam fore, illud passim in confesso esse videmus. Ei sorti non dissimilem senatum quoque populumque civitatis Elbingensis experiri ipsorum querelis hisce inclusis cognovimus. Quia vero legatos se suos contestandae innocentiae suae ergo ad S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, mittere decreverunt, submissee a nobis petitum est, nostra ut commendatione eum senatum Illustritati

Vestrae, pro amica et fraterna in illam necessitudine nostra, prosequeremur. Quod cum pietatis esse existimemus, nolumus laborantibus desse, tametsi nulla ad Illustritatem Vestram hac in causa submonitione nostra opus esse putemus, ut quam sane religioni pia favere scimus. Si quid tamen precibus hac in re nostris addi potest, Illustritatem Vestram et amice et fraterne maioremque quo in modum possumus oratam habemus, ut civitatis Elbingensis causam sibi commendatissimam esse velit, inque iuvanda ea benignam se praebeat, ut hi nuntii et facilem ad S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, aditum habere et dextre omnia conficere possint, neve senatus Elbingensis ab adversariis suis, qui magis ad explendam bilem, quam pietatis fortassis zelo haec agere videntur, tam [f. 985] innocenter prematur, praecipue cum cognoverimus aliquot concives Elbingenses, quorum instinctu et clandestinis delationibus haec fieri dicuntur, ex iis esse, qui seditionis ante aliquot annos in Prussia exortae complices fuerint, ut Illustritas Vestra facile colligere possit, quid isti moliantur. Itaque ipsa auctoritatem suam apud S. Regiam Maiestatem eo benignius interponet, ut principiis prudenter occurratur.

Pluribus haec ab Illustritate Vestra contenderemus, nisi multis iam argumentis tam in causa religionis, quam favore erga Elbingenses suo perspectus nobis illius animus esset. Quid autem praemii a Deo Illustritati Vestrae inde expectandum sit, hoc ei ex Sacrae Scripturae testimoniis obscurum non est. Si enim ipse Christus etiam haustum aquae frigidae, homini christiano porrectum, se compensaturum promittit, quanto magis eos aeternis bonis ditabit, qui curam et protectionem ecclesiae suae suscipiunt. Illud cum Illustritas Vestra hactenus egregie praestiterit, dubium non est, quin eum laborem in die novissimo cum celebri encomio ipse Deus sit de Illustritate Vestra depraedicator. Apud homines vero ipsa perpetuam nominis immortalitatem sibi hac ratione conciliatura est. Quod nos amicis quoque ac fraternis studiis nostris demereri immemores nunquam erimus. Ipsos autem Elbingenses Illustritas Vestra omni genere officiorum et gratitudinis sibi devinciet. Datae Regiomonti.

A. M[untzer].

N. 4312.

E Regio Monte, 28.XI.1555.

*Albertus dux in Prussia
Stanislao Trzebuchowski, secretario regio,
pro Elbingensibus, ut legatis eorum aditum ad regem faciliorem reddere et causam eorum regi commendare velit (cfr. N. praeced.).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 986.

N. 4313.

E Regio Monte, 1.XII.1555.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Przerembski, R.P. vicecancellario,
«tam luculenta atque honorifica gratiarum actione» pro piscibus ei missis
minime opus fuisse scribit et rogat, ut exiguum illud munus boni consulat*

et in signum propensae voluntatis suae accipiat; pro officii et studiis sibi oblati gratias agit; de matrimonio sororis eius [Hedvigis Przerembska] cum thesaurario terrarum Prussiae [Ioanne Kostka] inito gratulatur et optat, «ut ea coniunctio ex omni parte sit felicissima»; petit, ut apud regem et eundem terrarum Prussiae thesaurarium agat, ut annuum stipendium suum, «ex termino feriarum paschaliarum proxime praeteritarum» sibi adhuc debitum, Marienburgi sibi numeretur.

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1505.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 987-988.

N. 4314.

E Regio Monte, 15.XII.1555.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

de matrimonio inter sororem regis [Sophiam] et ducem Brunsvicensem [Henricum II] inito gratulatur et rogat, ut baronem de Warburg eidem duci Brunsvicensi commendet.

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 989-991.

Regi Poloniae, XV Decembris.

Gratulatur de matrimonio inter sororem eius et Ducem Brunsvicensem contracto petitque, ut pro Barone de Warburg intercedat apud eundem Ducem.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Quandoquidem fama est ex divina providentia ex S. Regiae Vestrae Maiestatis Serenissimis sororibus inter unam¹⁾ et Illustrrem Principem, Dominum Henricum Ducem Brunsvicensem, sponsalia contracta esse, precor, ut ea coniunctio ante omnia ad honorem et gloriam Dei vergat, sitque et ecclesiae suae et propagandae veritati divinae salutaris, S. Regiae Vestrae Maiestati autem eiusque Serenissimae familiae, ipsi etiam sponso et sponsae omnibusque aliis, quos ea necessitudo continget, fausta et felix. Quam ipse Christus, coniugii author, et benedicat et in longos annos prosperrimis rerum omnium successibus affluentem, inque seros nepotes fecundissimam esse faxit.

Quia vero iam ex ea affinitate inter S. Regiam Vestram Maiestatem et Illustrrem Dominum Ducem Brunsvicensem amicitia et firmior et uberior contrahitur, per quam aliis etiam ex parte S. Regiae Vestrae Maiestatis plurimum commodari posse dubium non est, non moleste S. Regiam Vestram Maiestatem laturam esse duxi, si et ego S. Regiae Vestrae Maiestatis autoritate ex ea necessitudine uti initium facerem, idque in negotio cuiusdam Generosi ac Strenui viri, Domini Christophori Liberi Baronis de Warburg, qui hactenus S. Regiae Vestrae Maiestatis quam meo commodo ad ducendos in casu necessitatis aliquot equites stipendia mea meruit. Is cum bonis suis ab eodem Illustrissimo Domino [f. 990] Duce Brunsvicensi ante aliquot annos, bellis in Germania ferventibus, exutus esset, rationes quasdam iniit, per quas suo iudicio se ea ipsa bona recuperaturum speraverat. Sed quia res aliter cessit, ut non modo non bonis suis restitueretur, sed in maiorem indignationem Principis sui se involveret, factum

est, ut ex eo tempore et bonis caruerit et redire in gratiam Illustrissimi Domini et Principis sui non potuerit, tametsi alii quam plurimi eiusdem Ducis subditi, qui eandem indignationem incurrerant, in favorem et clementiam iterum recepti sint, ipsi tantum Baroni veniae loco praecluso.

Cuius ego vicem misertus S. Regiam Vestram Maiestatem eius nomine officiosissime requirendam esse putavi. Quam maiorem in modum etiam atque etiam oro, dignetur pro eo Barone apud Illustrissimum affinem suum, Dominum Ducem Brunswicensem, intercedere, ut in gratiam receptus bonis suis restituatur, velitque eam petitionem primam esse, quam S. Regia Vestra Maiestas ad eundem Dominum Ducem delatura est. Cui et illud addatur, quod S. Regia Vestra Maiestas omne id, quod eius Illustritas in eum Baronem collocarit, ita sit reputatura ac si in se collocatum hoc esset. Profuerit autem plurimum, si S. Regia Vestra Maiestas Serenissimae sororis suae, sponsae scilicet, preces quoque suis adiunxerit, itidem in modum primae petitionis. Quibus intercessionibus ut facilem fore locum non dubito, ita perpetua gratitudine S. Regia Vestra Maiestas sibi praenominatum Baronem devinciet, quem et ipsa in omnem eventum, sive ad expeditiones bellicas, sive quaevis alia gratitudinis officia, quasi ad manum habitura est. Sancte etiam idem Baro promittit, ubi in gratiam receptus bona sua recuperaverit, se non secus ac alii officio fidelis vasalli erga Illustrissimum Principem suum functurum esse [f. 991] nec commissurum, ut in posterum ad animum abalienandum a se occasionem aliquam eius Illustritati praebeat. Quod si S. Regia Vestra Maiestas eum Baronem sublevandum susceperit, factura est rem et piam et sibi^{a)} honorificam, mihi vero quovis officiorum genere studiosissime demerendam. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

a) in ms. se

1) Sophia.

N. 4315.

E Regio Monte, 15.XII.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro turdis missis tanta gratiarum actione non opus fuisse nuntiat; iterum
duas sexagenas earum avium dono mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 991.

N. 4316.

E Regio Monte, 19.XII.1555.

*Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae
gratias agit, quod precibus suis ducta partem summae pecuniariae, ratione
navis fractae subdito suo adiudicatae, remittere voluerit; scribit rationes,
cur ei unum ex doctoribus suis, linguae Latinae et Germanicae gnarum,
quo in itinere [in Italiam] uti possit, mittere nequeat; pro avibus missis
tanta gratiarum actione opus non fuisse assertit et nuntiat sibi gratum fore
equum Neapolitanum ab ea dono accipere.*

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 992-994.

Reginae Poloniae Seniori, XVIII Decembris.

Gratias agit, quod intercessioni suae pro Andrea Mirau locum dederit. Item excusat se, quod oratorem, qui cum illa proficiscatur, non mittat. Item non opus fuisse gratiarum actione pro avibus. Item equum Neapolitanum, si S. Reginalis Maiestas illius miserit, gratum Celsitudini Suae fore.

Serenissima Regina, Domina Clementissima.

Literas S. Reginalis Vestrae Maiestatis, quibus cogi subditum meum ad solvendos huic S. Reginalis Vestrae Maiestatis servitori ducentos florenos ratione navis fractae postulat, accepi. Ac primo quidem S. Reginali Vestrae Maiestati gratias quas debeo maximas ago, quod meis adducta precibus partem aliquam summae pecuniariae, S. Reginalis Vestrae Maiestati ex damno accepto adiudicatae, subdito meo remiserit, daboque operam, ut pari aliquando gratificandi ratione a me compensetur. Ac mandavi quidem eidem subdito meo, ut solutionem ducentorum florenorum servitori huic S. Reginalis Vestrae Maiestatis praestet. Tametsi saepedictus subditus meus asserat, nescio quas sibi pollicitationes hoc nomine ab eodem S. Reginalis Vestrae Maiestatis servitore factas esse, curabitur tamen in hoc id a me, quod tam ex S. Reginalis Vestrae Maiestatis dignitate, quam ex illius quoque servitoris honore erit.

Quod alteram literarum partem attinet, ut videlicet S. Reginali Vestrae Maiestati aliquem ex doctoribus meis, qui ad responsa tam Latina, quam Almanica, in itinere S. Reginalis Vestrae Maiestatis adhiberi aptus esset, mitterem, vel aliunde eiusmodi hominem ei acquirerem, in eo, sicut in aliis omnibus, perlibenter obsequium S. Reginali Vestrae Maiestati meum testarer, sed latere illam nolo ex veteribus doctoribus unum me saltem habere, qui ad hoc aptus esset. Sed praeterquam quod is propter affectam valetudinem et quod uxoratus est, ad hoc adduci non potest, illud etiam accedit, quod S. Regia Maiestas, Dominus meus clementissimus, diem Conversionis Pauli¹⁾ proximum [f. 993] mihi dixit lustrandis Lithuaniae finibus, ubi eius S. Regia Maiestas ipsa quoque praesens adesse promisit. Facile itaque S. Reginalis Vestra Maiestas existimare potest opus tum quoque mihi fore eiusmodi virorum opera. Ex recentioribus autem non illibenter S. Reginali Vestrae Maiestati aliquem mitterem, verum cum facundia omnibus non data sit, ex toto eorum numero talem non invenio, qui pro autoritate et honore S. Reginalis Vestrae Maiestatis commode et apte per omnia, sicut ipsa cupit, ad responsa eiusmodi sufficere possit. Itaque S. Reginalis Vestra Maiestas me et hoc nomine pro sua benevolentia excusatum ut habeat, oro, idque sibi persuadeat me in rebus omnibus etiam eminentioribus, possibilibus tamen, nedum hoc exiguo, ex animo ei officium meum quaecumque pro fide et debito meo testatum cupere. Quia vero mihi constat Dominos de Gorka Comites habere quendam cancellarium nomine Matthiam Puley, quem intellexi in orationibus tam Latine, quam Almanice ornate aulico habendis industrium et usitatum esse, eum facile S. Reginalem Vestram Maiestatem ab iisdem Dominis Comitibus, si ita volet, acquisituram non dubito. Praeter hunc in tanta temporis angustia mihi alius non occurrit, qui talis sit, qualem S. Reginalis Vestra Maiestas habere cupit.

Quod tertia literarum parte gratias mihi agit pro avibus missis, additque se vicissim equo Neapolitano propensi in se animi sui voluntatem declaratam optare, sed quia ex me hactenus non intellexisset, utrum eius generis equi Cracoviae mihi ab illa donati placuerint, nescire se, an me etiam usus eiusmodi equorum delectet, ac gratiarum [f. 994] quidem in

primis actione pro avibus ad me opus non fuisset. Praeterquam autem quod munus per se exiguum fuit, ita in contestationem animi saltem ad maiora propensi illas accipi cupiebam. Equos autem Neapolitanos venustissimos illos quidem, Cracoviae a S. Reginali Vestra Maiestate mihi donatos, per omnia placuisse ipse memini me S. Reginali Vestrae Maiestati Cracoviae dicere, cum in illis obequitassem. Quod vero ex eo tempore mentionem de illis nullam fecerim, pudore deterritus intermisi, ne secus id a me fieri S. Reginalis Vestra Maiestas suspicaretur. Si vero S. Reginalis Vestra Maiestas pro sua in me munificentia, sicut ex hoc eius servitore intellexi, equo insuper adhuc me eiusmodi donare constituerit, erit mihi munus sane gratissimum, quod quovis vicissim officiorum genere demereri immemor nunquam ero, ita etiam, ut si S. Reginalis Vestra Maiestas vicissim a me postulare aliquid dignata fuerit, quantum rationes meae tulerint, oppido ac lubens in hoc ei gratificaturus sim. Atque haec habui, quae respondenda esse S. Reginali Vestrae Maiestati putavi. Quam cum Serenisimis filiabus longum valere exopto. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

1) 25.I.1556.

N. 4317.

E Regio Monte, 24.XII.1555.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae,
sibi significari petit, quonam in loco rex negotii finium lustrandorum initium
fieri velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 994-995.

N. 4318.

E Regio Monte, 26.XII.1555.

*Albertus dux in Prussia
Stanislao ab Ostroróg, castellano Międzyrzecensi,
Achillem Scipionem, Vratislaviensem, rei militaris peritum, commendat et vir-
tutes eius laudat.*

Ostpr. Fol., vol. 54, ff. 995-996.

Stanislao ab Ostrorock, XXVI Decembris.
Commendat Achillem Scipionem.

Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Ut felix et faustum sit Magnificentiae Vestrae ineuntis huius anni auspiciis, inque seros cum rerum omnium felicissimis successibus dies excrescat, ex animo optamus et precamur.

Nihil enim tam secundum tanque ex omni parte salvum esse potest, quod obvenire Magnificentiae Vestrae uberrime non cupiamus.

Ceterum latere Magnificentiam Vestram nolumus egregium virum Achillem Scipionem, hac in Lithuaniam ire volentem, apud nos divertisse. Quem eum esse cognovimus, ut per omnia commendationi Magnificentiae Vestrae responderit. Praeterquam enim quod industriam illius in re militari animadvertimus, accessit et illud, quod ex libro nobis dono ab ipso dato facile perspeximus [f. 996] ingenium hominis in cognitione plurimarum rerum naturae quasi ductu ita imbutum, ut et commendari et amari mereatur. De nobis sane id sibi persuadeat, propendere nos ad iuvanda ipsius commoda, nec intermisimus proficiscentem ad S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, et plerosque alios, apud quod expedire iudicavimus, qualicumque commendatione nostra ornare eiusque laudes depraedicare. Sed quid ab eo istic confectum seu obtentum sit, ex ipso Magnificentia Vestra cognoscet. Regredientem^{a)} autem hac ad vos sine literis ad Magnificentiam Vestram nostris redire nolimus. Quem non minore studio Magnificentiae Vestrae, quam ipsa ad nos pro eo usa est, commendatum cupimus.

Et quidem longam virtutum huius viri enumerationem praeterimus, quandoquidem haec Magnificentiae Vestrae antea sunt notissima. Illud vero amice ab illa contendimus, ut (quod ultro illam facturam fuisse non dubitamus) eum virum Wratislaviensem maiorem quo potest in modum commendet. Nos quoque itidem facturos nos esse recipimus. Per quamcumque enim occasionem egregio homini benevolentiam et favorem testari nostrum poterimus, daturi sumus operam, ut se a nobis amari intelligat. Quod superest, rogatam etiam Magnificentiam Vestram habemus, ut nobis subinde nova, si quae istic sunt, communicet, praecipue vero quid sacrificorum ordo moliatur, de quorum consultationibus et quod monstri aliquid alant, varia apud nos narrantur. Factura Magnificentia Vestra rem nobis gratissimam ac mutuis studiis vicissim demerendam. Cupimus tandem Magnificentiam Vestram rectissime valere. Datae Regiomenti.

A. M[untzer]

a) in ms. regredientem

N. 4319.

E Regio Monte, 29.XII.1555.

Albertus dux in Prussia

R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]

pro Eustachio Vogelweider, cuius negotium ex incluso supplici libello ipsum cogniturum esse scribit, intercedit et rogat, ut intercessionem suam pro eo iam pridem factam regi in memoriam revocet.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 54, f. 997.

1556

N. 4320.

E Regio Monte, 4.I.1556.

*Albertus dux in Prussia
Stanislao Lutomirski, ministro ecclesiae Koninensis,
pro animo in se propenso gratias agit; sperat ecclesiam Christi, etsi tot et tantis «periculorum procellis» subiecta sit, auxiliante Deo victoriam tandem de adversariis suis reportaturam esse; licet se iure feudi regi et Regno Poloniae obligatum esse fateatur, in propaganda gloria Dei nihil in se desideratum iri pollicetur.*

Cfr. El. XL, N. 1511.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 9-11.

Stanislao Luthomirski, IIII Ianuarii anno Domini MDLVI.

Gratias agit pro studio suo tantopere Celsitudini Suae delato. Item dolet de molestiis ei illatis. Item pollicetur suam operam in iuvanda vel propaganda veritate verbi divini.

Generose ac Venerande, sincere nobis dilecte.

Quod Generositas Vestra Veneranda exordio literarum suarum, XX Decembris ad nos scriptarum, tanta animi alacritate studioque in nos propensissimo sua nobis obsequia defert, non possumus non amanter complecti. Tametsi nihil eiusmodi a nobis in Generositatem Vestram Venerandam profectum extet, unde tantam sui extenuationem erga nos agnoscere recte possimus, agimus tamen ei gratias quas possumus maximas, nihil hinc aliud quam singularem in nos voluntatis Generositatis Vestrae Venerandae affectum colligentes. Quod vero Generositas Vestra Veneranda celebre encomium de dono hoc qualicumque Spiritus Sancti in nos operante annectit, ex abundantia id illam amoris in nos sui facere videmus. Praeterquam enim quod quicquid in nobis eiusmodi est, exile id esse fateamur oportet. Ita etiam, si quid Deus Optimus Maximus per nos tanquam instrumentum quoddam operatus est, illud omne divinae clementiae acceptum ferre eiusque gloriae deberi merito nos agnoscere decet. Precamur autem, ut quod in nobis cepit, confirmare ad ultima vitae nostrae tempora dignetur.

Ex altera literarum parte intelleximus, quid Generositas Vestra Veneranda de resignandis quibusdam parrochiarum oneribus constituerat, quidque illam in hoc suo proposito remoratum sit. Ad haec quantis ipsa periculis ob professionem sanae doctrinae de Christo subiecta sit, deinde quid nonnulli de tyrannide [f. 10] in vineam Domini exercenda ominentur. Ac primo quidem utrumque de Generositate Vestra Veneranda dolenter

percepimus, sed quia non dubitamus constare Generositati Vestrae Venerandae, praedixisse ipsum ducem gregis sui, Christum, ecclesiam suam cruci et variis periculorum procellis subiectam fore, quae etsi multis antehac exemplis comprobata sunt, videntur tamen nobis in hac mundi senecta quasi in Petri navicula dormiente Christo submersioni proxima esse, itaque Generositatem Vestram Venerandam, sicut christianos omnes, aequo haec animo ferre decet, orandusque est Deus, ut coetum ecclesiae suae passim collectum conservet ac somno excitus ventis imperet. Quod sicut promisit, facturum quoque esse speramus, modo ipsi quoque partibus nostris mandatis eius obtemerando non defuerimus. Omen autem illud de tyrannide, ut Deus clementer avertat, precamur, neque suspicamur S. Regiam Maiestatem eo adductum iri, ut ipsa eam exerceat vel aliis exercendam permissura sit. Quod, sicut alia omnia, precationibus a Deo Optimo Maximo sine intermissione contendere cuiusvis christiani esse arbitramur.

Quod vero de quorundam senatorii ordinis consilio a nobis scire Generositas Vestra Veneranda cupit, utrum etiam quos pietatis gratia exulare contingeret, in Ducatu nostro ferre possemus, ad haec sic Generositati Vestrae Venerandae respondemus: obscurum ei esse non putamus, quid iuris S. Regiae Maiestati inclytoque Poloniae Regno in nos ratione feudi huius ducalis competat, quidque nos vicissim eius Maiestati praestare [f. 11] teneamur ac in quantum nos ex iureiurando eius Maiestati inclitoque illius Regno obligati simus, tum quod Generositatem quoque Vestram Venerandam non latet, quoniam in loco etiam ipsae rationes hac ex parte nostrae apud S. eius Regiam Maiestatem constitutae sint. Nihilominus tamen quicquid ad propagandam gloriam Dei spectare videbitur, nihil, quoad recte possumus, in eo iuvando et promovendo desiderari in nobis patiemur, sed sicut hactenus auxiliante Deo cepimus, ita eiusdem gratia adiuti deinceps quoque pergere constituimus. In quo ut ipse Deus conatus nostros moderetur ac dirigat, precamur. Atque haec Generositati Vestrae Venerandae respondenda esse ducebamus, cui nos nostraque clementer commendata cupimus, ipsamque feliciter^{a)} valere optamus. Datae Regionti.

A. M[untzer]

a) *in ms.* feliciterque

N. 4321.

E Regio Monte, 5.I.1556.

Albertus dux in Prussia

R.P. cancellario [Ioanni Przerembski]

gratias agit, quod cum thesaurario terrarum Prussiae, eius affine [Ioanne Kostka], de annuo stipendio sibi persolvendo diligenter egit; rogat, ut apud eundem thesaurarium efficiat, «ne et hoc termino adveniente solutionem eam in aliud denuo tempus differat».

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1512.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 11-12.

N. 4322.

S.l., 5.I.1556.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Timme, musices studioso,
ad litteras eius, quibus de magistro suo [Valentino Backfarck], nimia cum
severitate eum tractante, questus est, respondet.*

Cfr. El. XL, N. 120.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 273v-274v.

An Hans Timen zur Wille, den 5 Januarii 56.

[f. 274] Wir haben aus deinem schreiben verstanden, wess du dich uber deinen lehrmeister beschwerst und volgends darauf bittest. Nun lassen wir uns beduncken, das vileicht durch deine nachlessigkeit, oder das du etwan hinter deines lehrmeisters vorwissen umb eines geschencks willen bey etzlichen in gastereyen dich brauchen lassest, und also deiner lehrstunden nicht abwartest, hirzu ursach gegeben. Des wir dann in dir auch nicht zu loben wusten. Wie aber dem allen, so haben wir an obgedachten deinen meister geschriben, das er seiner zusage nach sich der gebur gegen dir halte. Im fall er aber ohne solch schlahen und verwunden dich nicht wuste zu lehren, du auch dergestalt von ime nicht lernen kontest, ader bey ime nicht zu bleiben wustest, so wer besser, das wir dessen in zeiten von beyden theilen berichtet, damit wir nicht vergebenen unkosten auf dich zu wenden. Demnach hastu dich hirnach zu richten und daran zu sein, damit du mit billigkeit keins unfleiss, ungehorsamens oder dergleichen zu beschuldigen, [f. 274v] wir auch unsere gnedige hulff vergebens an dich nicht zu wenden. Wolten wir etc.

A. Monzer

N. 4323.

E Regio Monte, 6.I.1556.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
in termini lustrandorum finium usque ad 24.V. dilationem consentire se nuntiat, praesentiam tamen regiam in eiusmodi lustratione expetit; item locum sibi indicari petit, in quo ad eiusmodi finium cognitionem se convenire velit.*

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 12-14.

Regi Poloniae, VI Ianuarii.

Scribit se voluntati Maiestatis Suae acquiescere, quod tempus lustrandorum finium in festa Pentecostes distulit, sed cum timeat, si S. Maiestas Sua ipsa non fuerit ei inspectioni praesens, vix decisum iri id controversiae, itaque praesentiam eius Maiestatis petit. Item locum sibi, in quo initium faciendum sit, assignari.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Etsi negotium lustrandorum finium ad diem Conversionis Pauli¹⁾ pro-

ximum, sicut S. Regia Vestra Maiestas clementer constituerat, agi coeptum iri omnino sperabam, quoniam vero S. Regiam Vestram Maiestatem perfectione Serenissimae parentis suae²⁾ praepediri in hoc, tempusque eius cognitionis ad festa usque Pentecostes³⁾ prorogare ipsam intelligo, officii mei est voluntati [f. 13] S. Regiae Vestrae Maiestatis acquiescere. Sicut enim S. Regiae Vestrae Maiestatis erga parentem pietatis et observantiae studium per se laudandum probandumque duco, ita rebus meis omnibus postpositis moram hanc et lubens et aequo animo fero precorque, ut S. Regiae Vestrae Maiestati iter hoc et felix et faustum sit. Quandoquidem autem S. Regia Vestra Maiestas diem Pentecostes sacrum ad recognoscendos eos fines dicere mihi dignata est, seque aut in rem praesentem venturam, aut aliquem cum plena eius controversiae decidendae potestate misuram pollicetur, peto S. Regiam Vestram Maiestatem maiorem in modum, ne adveniente eo tempore longius tum eius rei tractationem suspendi patiatur, ac ut ipsa pro sua in me clementia, semotis aliis potius negotiis, praesens huic finium lustrationi adesse dignetur. Praeterquam enim quod pernecessarium hoc erit, ita ex commodo et utilitate tam Magni Ducatus Lithuaniae, quam feudi huius ducalis Regni sui Poloniae cedit. Nam si S. Regia Vestra Maiestas aliquem plenipotentem missura est, illud procul dubio eveniet, quod in omnibus hactenus eius negotii tractatibus accidit. Ubi enim controversia loci alicuius, in utramque partem disputabilis et litigiosa, incidet, tum eius decisio, commissariis inter se super illo dissidentibus, tandem ad S. Regiae Vestrae Maiestatis et meam cognitionem reditura est. Dignabitur itaque S. Regia Vestra Maiestas id oneris (ubi grave hoc ei et molestum non fuerit) in se recipere ac sua praesentia diuturnis hisce contentionibus finem facere. In quo ut tam se meque plurimis est liberatura querelarum molestiis, ita inter utriusque Ducatus homines tanto iam tempore magno desiderio expectatam tranquillitatem, pacem et concordiam constituet ac duraturam in seros annos stabiliet.

Ad extremum oratam quoque S. Regiam Vestram Maiestatem habeo, ut significare mihi [f. 14] dignetur, quemnam locum primum esse velit, in quo ad eius cognitionis initium faciendum convenire nos cupiat, ut eo intellecto res meas eo rectius ad hoc disponere possim. Factura S. Regia Vestra Maiestas rem mihi gratissimam ac quovis officiorum genere demerendam. Quod superest, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere exopto. Datae Regiomonti.

Princeps audivit.
A. M[untzer]

1) 25.I.

2) regina Bona.

3) 24.V.1556.

4324

E Regio Monte, 6.I.1556

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

rogat, ut – die lustrationi finium designato – operam et auctoritatem suam interponat, «ne adveniente eo tempore longius eam tractationem differri contingat, utque S. Regia Maiestas, sicut clementer constituit, ipsa (in quantum hoc ei non oneri futurum est) in rem praesentem veniat» (cfr. N. praeced.).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 14-15.

N. 4325.

S.l., 6.I.1556.

Albertus dux in Prussia

Valentino Backfarck, musico regio,

reprehendit eum de nimia severitate, qua se erga puerum sibi commissum, ut ipsum artem suam doceret, gerat, quem non modo nihil doceat, sed etiam verberibus afficiat ita, ut plagae et cicatrices in capite eius clare videri possint.

(Germanice)

Cfr. El. XLV, N. 120.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 272-272v.

In ms. per errorem: 6.VI.1557 (cfr. N. 4322).

N. 4326.

S.l., 8.I.1556.

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pretwicz, capitaneo Trembovlensi,

oblata sibi Varsaviae (ubi ad valedicendum reginae Bonae, brevi in Italiam discessurae, morabatur) nuntii occasione, eum salutatur et rogatur, ut crebrius scribat et nova scitu digna sibi communicet; petit, ut omnes litteras ad servitoris sui, Marcelli Konarski, patrem [Stanislaum Konarski] mittat, qui eas una cum litteris ad filium in aulam suam remittendas curabit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 272v-273v.

N. 4327.

Zakroczym, 25.I.1556.

Albertus dux in Prussia

Isabellae reginae Hungariae

qui pileum servitori eius furto abstulerit, non suum esse servitorem scribit, «sed, ut in aulis fieri solet, comitatum et currus nostros secutum esse»; nuntiat pileum istum a fure post se relictum servitori eius restitutum iri et furem, si capiatur, meritas poenas luiturum.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 15-16.

N. 4328.

Risenburgi, 3.II.1556.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Iacobo Rike, proconsule Elbingensi, malevolorum delationibus apud regem accusato et «contra constitutiones terrarum Prussiae» ad iudi-

cium regium citato, qui ob infirmam valetudinem et aetatem provecam coram tribunali regio personaliter comparere non potest et ad probandam innocentiam suam advocatum suum illuc mittit, intercedit et rogat, ne haec absentia ei detrimento sit.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 16-18.

Regi Poloniae, III Februarii.

Pro Iacobo Rika, proconsule civitatis Elbingensis.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Supplicavit mihi honestus vir Iacobus Rika, proconsul civitatis Elbingensis, se sinistris accusationibus apud S. Regiam Maiestatem Vestram deformatum, contra constitutiones terrarum Prussiae ad iudicium S. Regiae Vestrae Maiestatis non modo citari, sed necdum convicto poenas etiam ea in citatione interminari. Quia vero per continuas aegritudines et valetudinem affectam, ipsamque senectutem, quae per [f. 17] se morbus est, impossibile sibi esse dicit vel personaliter comparere, vel tam longo itineri se committere, mitti a se hunc suum advocatum ad audiendas accusationes et docendam ipsius innocentiam. Ne autem absentia haec sua ei incommodaret, petivit, ut tam hoc nomine pro se apud S. Regiam Vestram Maiestatem intercederem, quam ad audiendam innocentiam ipsius precibus meis facilem eam efficerem. Quod honesto viro denegandum esse non putavi. Itaque S. Regiam Vestram Maiestatem maiorem quo possum in modum oratam habeo, ut huius viri, de Republica Elbingensi, quantum sane mihi constat, pro fide sua non nisi optime semper meriti, clementem rationem habere dignetur, nec adversariorum suorum malevolentia innocentem illum premi sinat.

Quod etsi S. Regiam Vestram Maiestatem facturam esse non dubito, praetermittendum mihi tamen esse non putavi, quin hic quoque eos sermones, quos Varsoviae cum illa de Thorunensibus et Gedanensibus habui, in memoriam ei revocarem. Facilis enim iudicii est proconsulis huius accusationem eo animo susceptam esse, ut aegre ei senatui fiat. Quae res curae ut S. Regiae Vestrae Maiestati sit, sicut esse non dubito, etiam atque etiam pro fide mea consulo, suadeo precorque. Videntur enim mihi pleraque per quosdam, nescio an satis prudenter, nunc agitata fomento esse magni alicuius incommodi, ut nisi S. Regiae Vestrae Maiestatis autoritas primo quoque tempore interponatur, metuendum sit, ne ex levi hac, ut quibusdam videtur, scintilla magnum aliquod incendium surgat. In quo cum vicinos quoque parietes meos periclitari necesse sit, S. Regiam Vestram Maiestatem, si qua unquam in re alia, summopere oro, ut imminente et quasi in foribus iam existenti periculo provide occurrat, nec clementiam suam ab iis, quorum fidem et integritatem tot iam annis perspectam habuit, privatae quorundam vindictae studio subordinatis accusationibus alienari permittat. Scit enim S. Regia Vestra Maiestas, quantum intersit Prussiae terras esse tranquillas et paratas, praecipue [f. 18] vero hoc aevo turbulentissimo. Itaque ex fidelitatis meae debito S. Regiae Vestrae Maiestati suadeo, ut haec omnia prudenter secum expendat, nec se adduci patiatur, ut in unius aut alterius gratiam tota aliqua S. Regiae Vestrae Maiestatis provincia periculo exponatur. Pluribus autem de his cum S. Regia Vestra Maiestate agerem, nisi commendata ei iam illa esse scirem. Obnixae autem oro, ut S. Regia Vestra Maiestas huic meae submonitioni veniam det, illamque non nisi sincero a me pectore profectam accipiat. Quam et felicissime et in multos annos vivere exopto. Datae Risenburgk.

A. M[untzer]

*Albertus dux in Prussia
 Sigismundo Augusto regi Poloniae
 pro Toruniensibus, Elbingensibus et Gedanensibus, necnon nonnullis terrarum Prussiae nobilibus, ne tam severis mandatis regis (in negotio religionis editis) opprimantur.*
Ostpr. Fol., vol. 83, Heimpl. Reg., ff. 704-707.

S.l., 3.II.1556.

An konig zu Polen, den 3 February anno 56.

Gnedigster herr und konigk.

Mir zweifelt nicht, E.Ko.Mt. wissen, wes dieselbe jungst durch mich zu Warsaw wegen der von Thorn, Elbingk und Dantzick, auch etzlicher vom adel, in underthenigkeit ge- [f. 705] betten und meynen pflichten nach ihr underthenig gerathen. Wiewol ich nun nicht zweifel, E.Ko.Mt. werden disfals irem gnedigsten erpieten nach albereit die bestellung gethan haben, domit allem besorglichem ubel vorkommen, so kan E.Ko.Mt. ich doch aus treuer wolmeynung nicht pergen, das dieser tage, wie ich alhie ankommen, an mich gelangt, welcher gestaldt der burgermeyster zum Elbingk, Jacob Rike, bey E.Ko.Mt. angeben und nicht allein^{a)} E.Ko.Mt. wider der landt Preussen constitutiones sich bey vorlust aller seiner gutter persönlich zu gestellen citiret, sonder auch in derselben citation noch unerhört und unuberwunden albereit strafwirdig erkandt.

Doher ich nicht umbgehen konnen, E.Ko.Mt. abermals underthenigst zu bitten und derselben uf meine pflicht und trew zu rathen, E.Ko.Mt. wollen sich sowoll obengedochts burgermeysters, welcher meyness wissens anders nicht, dan wie eynem treuen E.Ko.Mt. underthanen geburet, sich vorhalten, in [f. 706] gleichnus die andere E.Ko.Mt. bewuste hendel, so diesem anhengigk, mit ernst angelegen sein lassen. Dan E.Ko.Mt. ich nicht pergen will, das durch etzliche beschwerliche mandat, so unter E.Ko.Mt. nahmen und sigel denen vom Elbing neulich zukommen, die gantze gemein der orth dermassen bewegt, das ein rath derselben stadt vast einen gantzen tagk in arbeit sein mussen, einen vormutlichen aufrur zu vorkommen, auch also, das man die kirchen schlissen mussen, darob man zun glocken oder sturmen nicht kommen mugen. Wes daraus zu vormutten, haben E.Ko.Mt. als der hoch und mehr vorstendige leichtlich abzunehmen. Demnach abermals an E.Ko.Mt. meine underthenige bitt und treuer rath, dieselbe wolle diesen dingen mit zeitigem rath vorkommen, die vom adel und stedte der lande Preussen, [f. 707] vielleicht uff etzlicher angeben, mit so scharffen mandaten nicht beschweren, weniger ungehort und unuberwunden condemniren lassen, domit nicht hiedurch ein feur aufgehe, das E.Ko.Mt. hernach zu leschen gantz schwer gefallen mochte, der underthenigen zuvor-sicht, E.Ko.Mt. werden in betrachtung, wes ihr an den landen Preussen gelegen, nicht allein das vor augen stehende, sonder vielmehr alles besorgliche, so noch kunftig sein mochte, aus hohem von Gott verliehenen vorstande gnedigst erwegen und ihr dieses mein vielfeltiges erinnern, des doch aus treuem hertzen geschicht, nicht entgegen sein lassen und sich doruf zu verhaltung alles unrads mit gnaden erzeigen etc.

Sub textu: Diese vorgeschribene copia haben f.dt. mit eigener handt geschriben.

a) *sequitur expunctum:* wider

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Przerembski, R.P. vicecancellario,
pro Iacobo Rike, proconsule civitatis Elbingensis.
Cfr. El. XL, N. 1518.
Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 18-19.*

Vicecancellario Przeremski, III Februarii.
Pro eodem Iacobo Rika. Mutatis mutandis Duci in Olika.

Reverende ac Generose, Amice nobis singulariter dilecte.
Questus est nobis magno sane animi dolore honestus vir Iacobus Rika, proconsul civitatis Elbingensis, se a quibusdam apud S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, falso accusatum atque in hoc citationem quandam contra se impetratam esse, cum constitutionibus terrarum Prussiae pugnantem, sibi in ea citatione nondum audito, multo minus convicto, poenas iam interminari. Ne autem S. Regiae Maiestatis imperata leviter habuisse videretur, mitti a se hunc suum advocatum ad audiendam adversarii [f. 19] accusationem et contestandam innocentiam suam, siquidem propter male affectam valetudinem et senectutis incommoda ipsi personaliter comparare impossibile esset. Ne quid autem absentia haec sua ei obesset, petivit se per Reverendam Generositatem Vestram, nostris adductam precibus, S. Regiae Maiestati hoc nomine excusari, eiusque procuratorem sive advocatum gratiae, favori et benevolentiae in expediendis mandatis suis Reverendae Generositati Vestrae commendari. Quod viro honesto et de Elbingensi Republica multis ab annis non nisi optime semper merito denegandum esse non putavimus. Itaque Reverendam Generositatem Vestram amice rogatam habemus, ut virum eiusque causam benevolentia et favore suo complectatur, nec permittat, quantum in ipsa est, illum innocentem adeo indigne ab adversariis quibusdam suis deformari vel traduci.

Latere enim Reverendam Generositatem Vestram nolumus compertum nos habere, quosdam ex concivibus Elbingensibus, qui seditionis ante aliquot annos in Prussia exortae complices fuerunt, ex inveterato quodam odio clam multa per se et per alios in senatu Elbingensi moliri, ita etiam, ut nisi S. Regiae Maiestatis autoritate primo quoque tempore interposita his occurratur, mutuendum sit, ne ea Respublica detrimenti aliquid accipiat atque ex parva scintilla ingens aliquid incendium oriatum. Idcirco Reverenda Generositas Vestra rem factura est pernecessariam, si consilio suo hortator S. Regiae Maiestati fuerit, ne ita facile eum in senatum necdum auditum nec convictum, ad unius aut alterius sinistram accusationem, inclementius aliquid decernat, statuatur aut demandet. Pluribus de his cum Reverenda Generositate Vestra ageremus, nisi ipsam haec omnia prudentius nobis praemeditari sciremus. Quicquid autem studii et benevolentiae eum in senatum collocarit, illud nos, praeterquam quod rem gratam nobis factura est, amice ac fraterne demereri conabimur. Datae Risenburgk.

A. M[untzer]

N. 4331.

S.l., 3.II.1556.

*Burggravius Regiomontanus [Martinus Kannacher]
Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
scribit causas, ob quas, iuxta ducis sui mandatum, debitam ei a duce pecu-
niam hactenus persolvere non potuerit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 274v-276.

N. 4332.

S.l., 3.II.1556.

Albertus dux in Prussia

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
pro caseis Parmensibus (licet ob suam ab aula absentiam ad manus suas non-
dum pervenerint) reginae gratias agit; rogat, ut de regis proposito circa
armifactorem Ioannem Hegemonem se certiorem reddat; non videri sibi
consultum se hoc tempore ad regem conferre (in negotio matrimoniali
reginularum), cum non ita pridem de eodem negotio cum regina Bona
Varsaviae tractaverit; pro turdis regi et reginae missis tanta gratiarum
actione opus non fuisse asserit.*

(Schedula: binas litteras manu propria scriptas regi et reginae tradi petit).

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 276-278v.

An Gabriel Terla, den 3 Februarii anno 56.

Uns ist kurtznoteinander von euch drey schreiben zu handen kome-
nen, deren inhalt wir nach notturft eingenommen. Sovil erstlich den barm-
sankese belangende, in deme thun gegen der ko.mt., unserer gnedigsten
frauen,¹⁾ wir uns ins underthenigst und gegen eure person gnedigst bedan-
cken. Und ob wir wol solchen kesse vileicht aus ursache, das wir dise zeit [f.
276v] von unserm gewonlichen hoflager abwesend gewesen, zu unsern
handen noch nicht bekhomen, so wollen wir doch, wann wir desselben
geniessen werden, der ko.mt. hochgenant in undertheniger danckbarkeit
dobei ingedenck sein etc.

In andern schreiben vermercken wir, wess der ko.mt. gemuts meinung
wegen ires zeugkmeisters, Hanss Hegemons. Nemlich das er sich daussen
landes an dem bestimpten orth verhalten und nicht ehe herein kome soll,
er werde dann von irer mt. gefordert. Welcher bescheidt uns etwas seltzam
ansicht, anmerckende, das der gute man gleich als an dieselb stelle
bestrigt, unangesehen, das ime inhalts seiner bestellung bevolhen, alle jar
ein rith ins landt zu thun und die gelegenheit des zeugkhauses zu besich-
tigen. Wir lassen uns aber, doch gegen eure person in vertrauen zu reden,
beduncken, das diser bescheidt einem h6flichen urlaub nicht un- [f. 277]
gleich. Mochten derhalben gerne wissen, wie entlich disvals der ko.mt.
gemuth, dann do es die meinung haben solte, das man des guten mannes
gern loss sein wolte, wer besser es wurde der sachen richtig unter augen
gangen, dann so ein spiegelfechten gemacht. Wollet uns demnach im ver-
trauen disvals, auch worin oder warumb sich berurts zeugkmeisters stiffsom

mit Joben nicht vertragen könne, zu berichten unbeschwert sein, damit wir uns in fernerer behandlung solcher leuth, oder do vilgedachter zeugmeister sich seiner bestellung halten wolt, auch darnach zu richten.

Wir befundern auch in demselben schreiben, wess ir der schwedischen botschaft halben mit anhenget. In solchem müssen wir erstlich das geschehen lassen, wie es vors beste zu sein von etzlichen angesehen. Haben auch unsers secretari schreiben verlesen und bedancken uns gnedigst zu^{a)} solchem eures erbietens, nicht zweifelnde, ir werdet bey der ko.mt. das eure thun. Im fall auch von etzlichen vil wolt geruhmet werden, solchen achten wir nicht besser zu begegenen, dann das von euch in vertrauen oder sonsten auf schrifte oder beweiss [f. 277v] gedrungen, do sych dan sonder zweifel die warheit wol finden wirt. Als ir aber vermeinet muglich zu sein, mit der ko.mt. uns dessen halben vertreulich zu unterreden, sehen^{b)} wir nicht, warumb wir uns etzliche leuthe, so uns ohne das doch nicht vast gewogen, umb rumbs oder ehren willen zu merer unfreuntlichkeit verursachen solten. Achten auch nuhmer unnötig, eurem gutduncken nach uns an die ko.mt. zu begeben, weil wir unlangst zu Warsau uns mit irer mt. gesehen etc.

Eures uns dargelihenen geldes halben haben wir albereit vor unserm auszuge nach Warsaw, wie es von euch begeret, bestellung gethan versehentlich, ir werdet nuhmer dasselbe, in gleichnuss unser antwortlich schreiben, davon ir meldung in disem thut, empfangen haben. Wir wollen auch eures dieners mit gnaden gewertig sein.

Der hohen dancksagung fur dye crametvogel im dritten eurem schreiben wer [f. 278] nicht notig gewesen, dann wir beden unsern g. herschaften in einem vil merern underthenigen willen zu erzeigen schuldig. Bitten allein, ir ko.mt. hirtbey unsere dinstwilligkeit anmercken und das geringe von uns in gnaden jederzeit anzunehmen geruhen wolten. Unserer geliebten tochttern, der hertzogin zu Meckelburg etc.,²⁾ haben wir euren gruss angesagt etc. Lassen sich ir l. in gnaden gegen eure person bedancken etc. Wunschen hinwiderumb etc.

Commissio Principis propria
Idem audivit

A. Monzer

Cedula

Hirneben ubersenden wir euch auch zwey unserer eigen handtschreiben an unsern g. hern und g. frau lautte, gnedigist begerende, ir wollet solche iren mt^{en} zu uberantworten unbeschwert sein. Und wollen euch hirneben nicht pergen, das des, so an die ko.mt., unsern g. hern, stehet, den burgermeister und rathe zum Elbing³⁾ belangende ist, welchen vil beschwerliches von etzlichen [f. 278v] mutwilligen iren mitburgern, auch andern abgunstigen zugetriben, das warlich zu besorgen, do durch die ko.mt. denen dingen nicht zeitlich vorkommen und die beschwerliche[n] mandata, welche auf etzlicher anstiftung und uf linkisch bericht, als man sagen will, heuffig ausbracht, mit koniglichem gnedigem einsehen nicht abgeschafft oder gelindert, das nit etwan ein feuer daraus entstehe, welchs der ko.mt. hernach zu leschen vast schwer gefallen möchte, wie ir dann von zeigern nach der lenge aller vorgelauffenen handlungen, auch wess fur leuthe die, so inen also zusetzen, warhaften bericht einzunehmen. Gelangt demnach an euch unser gnediges sinnen, ir wollet euch sowol oberberurts burgermeisters als auch des gantzen raths zum Elbing sachen im besten

angelegen und befohlen sein lassen, euch auch bey der ko.mt. etc. bearbeiten, damit zeiger seine gewerbe wol anbringen, der billigkeit nach verrichten und das gebetene erhalten möge. In dem thut ir uns etc.

A. Monzer

- a) *correctum ex:* in
- b) *pro expuncto:* wissen *adscriptum*.
- 1) *regina Catharina.*
- 2) *Anna Sophia.*
- 3) *Iacobus Rike (Rika).*

N. 4333.

S.l., 11.II.1556.

*Officialis ducis Alberti
Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
de bobus duci emendis et in Prussiam mittendis.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 279-279v.

N. 4334.

S.l., 12.II.1556.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
nuntiat se litteras a regina [Catharina] ad se datas accepisse, pro eis gratias
agit et rogat, ut se coram regina excusare velit, quod ad eas nondum
responderit; notum facit se burggravio suo Regiomontano [Martino Kan-
nacher] mandasse, ut debitam ei pecuniam sine mora restituendam curet;
rogat, ut de nova moneta a rege cudenda se certiozem reddat.*

(Schedula: adnexas litteras regi tradi petit et responsum ad eas impetrari).

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 279v-281.

N. 4335.

Ragnetae, 12.V.1556.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
pro benevolentia consiliario suo, Christophoro Botticher, exhibita gratias agit
et rogat, ut ei in obtinenda a thesaurario Lithuaniae scripta quietatione
(quittantz) adesse velit, cuius vigore 100 lastas salis, ei a rege pro annuo
stipendio concessas, Cauna sine telonei solutione evehere possit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 286v-287.

N. 4336.

Risenburgi, 16.II.1556.

Albertus dux in Prussia

Eustathio Trepka

de typographis quibusdam sibi ab eo adductis; de 20 aut 30 marcis Secluciano numerandis; de graphica veste postillae typis impressae.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 21-22.

Eustachio Trepka, XVI Februarii.

Nobilis et Generose, Fidelis nobis dilecte.

Molestae sane tulimus, quod ita actum est cum iis, quos Generositas Tua nobis operi typographico perficiendo adduxit, ac displicere nobis talia omnino ad burggrabium nostrum scripsimus. Cui simul mandavimus, ut viginti aut triginta marcas Seclutiano¹⁾ numeret atque illas in rationes suas referat. Poterit itaque Seclutianus eam pecuniam ex aerario [f. 22] istuc nostro vel ab ipso etiam burggrabio postulare.

Exemplar editionis postillae nobis missum placuit, quantum sane ad characteres attinet, papyrus autem nobis videtur nimis angusta esse. In quadratis enim spatiis paginarum per compactorem librorum colligandis et aequandis vix unius digiti latitudinem remansuram esse videmus. Idcirco papyrus aliquanto longior et latior comparanda est, aut si maior papyrus haberi non potest, in forma aliquot lineae submovendae erunt. De his autem et plerisque aliis coram ipsi propediem Generositati Tuae loquemur. Datae Risenburgk etc.

A. M[untzer].

1) *Ioannes Seclucianus, concionator Polonus in Regio Monte.*

N. 4337.

Risenburgi, 4.III.1556.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

de Ioanne Kostka, advocato arcis Marienburgensis, qui servitorem suum, ad emenda vina missum, verberibus affecit.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 24-25.

Regi Poloniae, III Martii.

Queritur de advocato castris Marienburgensis, quod is servitorem ad coemenda vina missum verberavit et in Celsitudinem Suam iniurius fuit.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrino Charissime.

S. Regiam Vestram Maiestatem celare nolo me non ita pridem, cum Varsovia in Ducatum meum reversus essem, hospitemque haberem charissimum filium meum, Ducem Megapolensem¹⁾, sub Illustritatis Suae discessum quendam ex servitoribus meis Marienburgensibus misisse ad coe-

menda pro aulae tunc meae hospitemque necessitate vasa aliquot vini. Hunc meum servitorem Ioannes Kostka, advocatus arcis Marienburgensis, in quadam villa, Sadlauken dicta, equitibus novem violenta manu adortus est, verberibusque egregie pulsatum contumeliosisque tam in me, quam ipsum servitorem, editis verbis dimisit. Etsi autem de hac violentia questus sum Domino Palatino Marienburgensi, coramque iudicio terrestri Marienburgensi citatione ad hoc impetrata actionem legitimam contra eundem advocatum instituendam curavi, edoctus sum, neglecta citatione, saepedictum advocatum iudicio se illi sistere noluisse, non sine enormi S. Regiae Vestrae Maiestatis autoritatis vilipendio, quandoquidem de more solito sub titulo et nomine S. Regiae Vestrae Maiestatis ad illud iudicium citatus est.

Quam rem cum in mei contemptum non vulgarem vergere animadvertam, praetermittendum [f. 25] mihi esse non putavi, quin, sicut par est, coram S. Regia Vestra Maiestate quererem, obnixè S. Regiam Vestram Maiestatem orans, ut vel ipsa hanc vim, servitori meo illatam, iniuriamque personae meae factam iudicandam aliisque exemplo puniendam ad se recipiat, vel mandato quodam aliquando severiore praedicto Ioanni Kostka iniungat, ut se iudicio terrestri Marienburgensi sistat, accusationes illi per plenipotentem meum intendendas audiat, ad accusata respondeat ac deinceps iudicis sententiae obtemperet. Factura S. Regia Vestra Maiestas rem se dignam, mihi vero gratissimam et honorificam. Datae Risenburgk.

A. M[untzer]

1) *Ioannes Albertus, gener ducis Alberti*

N. 4338.

E Regio Monte, 18.III.1556.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Reinholdo Crocau, cui rex libertates quasdam mercium tam in Regno Poloniae, quam in Magno Ducatu Lithuaniae promisit, intercedit et petit, ut, cum idem Crocau «libertati Polonicae» renuntiaverit, in Magno saltem Ducatu eiusmodi libertatem a teloneis consequatur.

(Sub textu: Mutatis mutandis scriptum est Duci in Olika et Vicecancelario [Ioanni Przerembski] pro eodem Rheinholdo Cracau).

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1529.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 25-26.

N. 4339.

E Regio Monte, 18.III.1556.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, et, mutatis mutandis, Stanisla

Łęczyński, palatino Cracoviensi, et Ioanni Ocieski, R.P. cancellario, de piscatura in mari Hab nuncupato ad triennium suspendenda.

Cfr. El. XL, NN. 1522, 1523.

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 27.

Comiti in Tarnau, in simili forma Tanzinski, Palatino Cracoviensi, et Ioanni Ozcieski, Cancellario, XVIII Martii.

Petit iuvari, ut piscatura keutel appellata in mari recenti in triennium suspendatur.

Illustris, Magnifice ac Generose, Affinis, Frater ac Amice nobis percha-
re.

Latere Illustritatem Vestram nolumus, ante annos aliquot per nos in Comitiiis terrarum Prussiae petatum esse, ut piscatura cum retibus minoribus, vulgo keutel dictis, in tempus suspenderetur, propterea quod id genus piscationis magno esset detrimento mari recenti Hab nuncupato, namque ex eo mari reliqua flumina piscibus ali et seminaria inde recipere constaret. Quam petitionem nostram Dominum Episcopum¹⁾ et canonicos ecclesiae Varmiensis plane abnuisse, solos vero Elbingenses in eam consensisse intelleximus. Ut autem huic tandem malo occurratur, plusque ratio habeatur publicae quam privatae utilitatis, rogatam Illustritatem Vestram habemus, suo consilio, opera et suffragio iuvet, ut dominis consiliariis terrarum Prussiae huius rei deliberatio demandetur, ut omnes hi, quorum interest, quique ea piscandi libertate donati sunt, unanimi consensu in triennium usque id genus piscationis intermittant. Erit hoc non modo his Prussiae terris, sed finitimis etiam provinciis ex re et commodo non vulgari. Nobis vero Illustritas Vestra factura est rem gratissimam. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

1) Stanislaus Hosius.

N. 4339 a.

E Regio Monte, 22.III.1556.

Albertus dux in Prussia

Petro, Nicolao et Felici Gnojeński

iterum admonet eos, «ne in flumine Nida clausuras seu retinacula facerent»; propterea quod eiusmodi structuram eis nullo modo competere, sibi autem damno esse asserit et cum mandato regio hac in re edito pugnare (cfr. N. 4218).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 28.

N. 4340.

Tilsae, 30.III.1556.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Melchiore Kirchoff, cive Rigensi, cui a Rigensibus gravis iniuria illata est, intercedit et petit, ut eum rex sub protectionem suam accipiat.

Cfr. El. XXXI, N. 659.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 29-33.

Regi Poloniae, XXX Martii.
Pro Melchior Kirchof.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Sacram Regiam Maiestatem Vestram subdite celare non possum, quod praesentium ostensor literarum, Honestus Melchior Kirchoff, senatorii quondam ordinis civitatis Rigensis, his diebus ad me venit ac literas intercessorias a Reverendissimo et Illustrissimo Principe, Domine Wilhelmo Archiepiscopo Rigensi, fratre meo charissimo, attulit. Ex quibus quidem literis simul ac praesenti istius boni viri relatione cognovi eidem gravem iniuriam a Rigensibus illatam. Qua de re magnam sane ad me querelam habuit. Cum autem exactius rem considerarem, venit in mentem mihi S. Regiae Maiestatis Vestrae auctoritatem ipsi in primis usui ac praesidio in his rerum suarum perturbationibus summisque difficultatibus esse posse, utque S. Regia Maiestas Vestra ipsum in tutelam suam regiam clementer recipiat, iustas causas meo quidem iudicio habere videtur, quod sub protectione sua inclutum archiepiscopatum Rigensem cum suis iuribus, privilegiis et libertatibus, quae omni modo S. Regiae Maiestati Vestrae defendenda sunt, iure optimo tenet. Quantum enim mihi de hac causa constat, origo eius gravaminis inde praecipue existit (quemadmodum S. Regia Maiestas Vestra ex hoc ipso viro fusius cognosceret), quod iura et regalia Domini Archiepiscopi et Capituli Rigensis violari dicuntur, unde postea alia super alia emergere solent gravamina. Et quanquam civitas Rigensis utrique, tam Domino Archiepiscopo quam etiam Magistro Ordinis Livoniae¹⁾ (nescio tamen quo iure), pariter et oboedientia et subiectione devincta est, tamen pro meo exiguo captu [f. 30] non puto licere Magistro Ordinis sibi aliquid iuris arrogare in iis, quae proprie, unice ac distinctim ad Domini Archiepiscopi et Capituli Rigensis iurisdictionem pertinent. Quanto autem iniquius esset, si Rigenses, contra debitam oboedientiam tali casu delinquentes, dictus Magister tueri ac defendere vellet. Quod tamen facere, uti audio, non veretur. Quin imo hoc illum decebat magis, ut transactionem, quam cum Domino Archiepiscopo quibusdam de rebus elapso tempore habuit atque confecit, ratam servaret ac debitae executioni mandaret.

Quoniam vero Dominus Magister Ordinis sic sese erga Dominum Archiepiscopum et Capitulum Rigense gerit, ut videatur velle eius regalia infringere ac iniquos Rigensium conatus non modo non reprimere, sed contumaciam eorum potius augere et confirmare cogitat, itaque S. Regiae Maiestatis Vestrae munus, mea sane sententia, requirere videtur, ut serio eius archiepiscopatus (uti eiusdem conservator et protector) rationem habeat, debitisque et concessis mediis ipsum Dominum Archiepiscopum et Capitulum Rigense tueatur eorumque iura et privilegia sarta tecta conservet. Atque haec causa est, quod S. Regiam Maiestatem Vestram his literis meis hoc tempore invisendam duxi. Moverunt me siquidem miseri huius viri tum calamitas, tum preces flebiles, ut ipsi intercessionem hanc meam denegandam non putarem, vehementer ac submisse petens, S. Regia Maiestas Vestra non modo pro conservandis libertatibus istius archiepiscopatus, verum etiam pro levando et sustentando hoc misero viro diligenter et accurate tum Domino Archiepiscopo Rigensi, tum Magistro Livoniae eiusque Ordini separatim, necnon [f. 31] senioribus et communitati Rigensium scribendum curet, hortando primum Archiepiscopum, videat, ne quid per eiusmodi casus ecclesia sua detrimenti capiat, neve iura et privilegia eius infringantur, prospiciat. Magistro autem, ne quid per aliquem causae iniquum praetextum sibi vendicet arrogetve, quod cum ecclesiae Rigensis

detrimento coniunctum sit, atque hunc virum, Melchiorem Kirchoff, communicato cum Archiepiscopo consensu ac communi opera auxilioque, iuxta latam iam olim sententiam in bona sua ad pristinum locum honoremque restituat et debitam executionem eius causae adiuvet, nec Rigensium iniustis conatibus contra Archiepiscopum patrocinetur, sed ipsos potius ad contumaciam spectantes coerceat.

Ad seniores ac plebem Rigensem singulari quoque diligentia scribendum, ipsique admonendi erunt, ut iuramenti sui, tam Domino Archiepiscopo quam Magistro Ordinis aequae praestiti, memores, ad senatum suae civitatis accurate agant seduloque instent, ut Melchior Kirchoff sua bona iuxta latam pro se sententiam tandem recuperet ac pristinae dignitati suae restituatur, ne si secus fiat, Dominus Archiepiscopus et Capitulum Rigense in iuribus suis defraudati et res per moram longiore protracta maiora gravamina, ipsis forte intolerabilia, adferat. Quod si minus huic salutari consilio animum adhibeant, S. Regiam Maiestatem Vestram, tanquam Magnum Lithuaniae Ducem eoque nomine ecclesiae Rigensis protectorem, cogi quodammodo ratione protectionis, quae sibi tam a Pontificibus quam Imperatoribus Romanis iniuncta ac demandata sit et a praedecessoribus S. Regiae Maiestatis Vestrae per manus tradita, eas rationes iure eaque media quaerere, quibus accedente divino auxilio inclyti archiepiscopatus iura et libertates antiquae defendantur ac manteneantur. Simili plane forma ad universos Ordinis Livoniae fratres sive status scribendum, verbisque idoneis negotium [f. 32] explicandum erit, hac praecipue addita appendice, quod Magister et Ordo multo maiorem gratitudinem debeant Domino Archiepiscopo et Capitulo Rigensi, quam eorum^{z)}, qui iuribus aliquid detractum velint, siquidem in professo sit ipsum Ordinem Theutonicum opera, favore et auxilio praedecessorum Domini Archiepiscopi terram Livoniae ab initio obtinuisse, ipsisque solis acceptum referre debere, quantum eius terrae possident etc. Quae tamen S. Regiae Maiestas Vestra pro singulari sua sapientia haec omnia melius, commodius aptioreque ordine disponenda ac delineanda curabit.

Postremo non exiguum emolumentum et toti negotio et affecto huic homini allaturum existimo, si S. Regiae Maiestas Vestra motu quasi proprio (quod omnino ob maiorem auctoritatem fieri necesse putarem) hanc causam Serenissimo Danorum Regi²⁾, tanquam protectionis ecclesiae Rigensis socio, siquidem hoc postulata praememorata a Rigensibus ac Ordine denegari contingat, significaret eiusque Dignitatem Regiam admoneret, ut una cum S. Regiae Maiestate Vestra archiepiscopatus Rigensis tuitionem suscipiat. Quod si vero aequissima haec S. Regiae Maiestatis Vestrae postulata locum apud Rigenses eorumque complices non invenient, suppliciter etiam atque etiam peto, S. Regiae Maiestas una cum Danorum Rege aliis rationibus, quas pro sua prudentia haud difficulter inveniet, huic oppresso viro subveniat, eique tum publica fide in toto Regno suo idonee caveat, tum arrestationes erga Rigenses clementer concedat, ipsumque ad Regem Daniae accurate per literas, ut et ibidem hoc obtineat, clementissime commendat, quo coacti tandem Rigenses, siquidem voluntarie nolunt, iustitiam debitam ei viro administrent, sicque prorsus [f. 33] faciant, ut quod per legitimam sententiam illi adiudicatum est, consequatur et dignitati suae pristinae restituatur. Ita S. Regiae Maiestas Vestra rem regio suo munere dignam, Deo Optimo Maximo haud dubie gratam et misero viro per necessariam fecerit. Ego autem quibus possum subditis officiiis omni tempore promerebor. Datae Tilsa.

C. S[ilvius]

z) sic in ms.

1) Henricus a Galen.

2) Christianus III.

N. 4341.

Tilsae, 30.III.1556.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwiłł, palatino Vilmensi, M.D.L. cancellario,
pro Melchiore Kirchoff, negotium cum Rigensibus habente (cfr. N. praeced.).
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 55, f. 33.*

N. 4342.

Tilsae, 30.III.1556.

*Albertus dux in Prussia
Caspari Łęcki, Nicolai Radziwiłł servitori,
pro Melchiore Kirchoff, negotium cum Rigensibus habente (cfr. N. 4340).
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 55, f. 34.*

N. 4343.

Tilsae, 2.IV.1556.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae,
de servitoris eius infelici casu et de eodem servitore curae medici sui commis-
so; de noto negotio varias ob causas dilato et de opera sua in eo promo-
vendo impensa et adhuc impendenda; de regis conamine se una cum pala-
tino Vilmensi post festa paschalia Caunam conferendi de eodem negotio
tractatum.
Autogr. Sigill.
HBA, B, K. 1176.*

Geliebter her hofmeister, mein gar geliebter und gut[r] freund.

Ewer schreiben mihr bey yrem diner Bohibel zugeschicket, des datis Wilde freitags nach Palmarum etc., hat er den leczten Marcy umb den mitdag hir zur Dils mihr uberantwort. Ehe er aber zu mihr kumen, hat er unterwegs einen harten fal auf einen arm gethon, auch so hart, das er yn nicht zumb mundt pringen kunnen. Wardurch ich verursacht, das im mein parbirer zusehen müssen, hat dy nocht zuvor und auch dise zwu necht vor grossen wochedagen kein ruhe haben kunnen, ist auch zu, kan zu mihr kumen. Verhoffe aber zu dem lieben Got, wy mich auch mein barwirer trostet, es sol mit ym in 8 dagen ungeferlich durch Gottes hilfe pesser werden. Das gebe Got. Amen. Hab yn derwegen von mihr nicht lassen wollen und zeigern, meinen eigen diner, schicken.

So ich den aus ewerm schreiben ferstanden, das ir den negst vertrauten und bewusten handel, den ir von k.mt. unssers allergnedi[g]sten herren an mich geworben, ire k.mt., was von mir geantwort, widerumb eingeprecht und mit trewem fleis fermeldet, yre k.mt. auch auf ein wenig dag zu bedencken vorgenumen, das solchen forderlich abgeholfen mocht werden.

Bedanke ich mich wegen euch zum hogsten eweres gehabten fleis, muhe und arweit, und obwol der lang verzug auch zu besorgen, das er fahr pringen mochte, kan doch k.mt. ich nicht verdencken, das s.k.mt. dy sach wol erwegen und bedencken. Domit aber an meiner person kein mangel erfunden, hab ich unsserm abschid nach fier dag nach ewerem abzug mich herauf erhaben, weil der wege nach was besser zu erwarten k.mt. befelich. In des sich als pald das ungestumb wetter erhaben, das eis geprochen und alle land beflossen also auch, das Got selbst auch ein aufzug fileicht haben wille. [p. 2] So bin ich auch durch gotlich verhengknus ein zwen dag betrisig an einem daumen an dem fus gelegen, das ich nicht wol gehen kunnen, wy auch ewer diner an mihr gesehen, wy ich zum springen geschicket. Dem Herren aber, dem sey lob. Verhoffe ich, wo es also bleibet, sols meinenthalben kein not haben, domit dem handel nachgesezet moge werden.

Das auch k.mt. dise mittel und wege be[y] sich gefast und vorgeumen, das ier mt. pald und kurz nach Osterndagen in eigner person sich nach Kawen unferzuglich zu gehen und als das etc. des bewusten handels und ander etc. nach notdorft zu unterreden etc. Wunsche k.mt. ich, das der liebe Got mit gnaden und gesuntheit gnediglich verleihen wolle. So erkenne ich mich als der diner, schuldig seiner mt. befelich zu erwarten, wywol es mich darfur ansihet, wo k.mt. nicht andre bedencken, den dy ich armer in mihr nicht erwegen kan, das auch s.k.mt. diser muhe sich selbst verschonen kunte. So stelle ichs s.mt. hochem verstand und gnedigem willen anheimbs.

Das auch k.mt. ewers versehens den hern wilnischen woywoden¹⁾, meinen geliebten freundt und bruder, mit ier mt. etc. haben werde, erfare ich nicht ungerne und hoffe ie, auch ir werdet mitkumen. Wil hirumb der gedachten zeit und k.mt. ersuchens erwarten, alleindt bitte ich, es werde nicht verzogen, domit der verzug, das Got gnediglich verhute, wol nicht zu schaden gedeyen thue, und weil k.mt. ewer schreiben an mich zu thun selbst befohlen, so warte ich auch weiter seiner mt. befelichs. Und wy ich weis, das ich euch befohlen, solt ir nicht zweifeln, das ir mihr auch so trewlich als ich mihr selbst befohlen, seiet befohlen und solts auch bleiben, euch und uns alle, da ich auch meyne herschaft sunderlich wil gemeinet haben in Gottes gnedigem schucz und schirm. Datis Dils den 2 Aprilis anno 1556.

Der elter etc. in Preussen herczog etc.

In dorso manu ducis Alberti: Dem grosmechtigen und wolgebornen, meinem guten freunde, hern Gabriel Darlo, k.mt. hofmeister etc., zu eigen handen etc. etc.

1) *Nicolaus Radziwill* «Niger».

N. 4344.

Albertus dux in Prussia S.l., 5.IV.1556.
Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
de Ioannis Kostka, advocati Marienburgensis, petulantia, qui subditum suum
Ioannem Schmidt, consulem civitatis suae Bischoffswerder (Biskupiec
Pomorski) in publica via regia verberibus affecit, queritur et rogat, ut
totam rem regi diligenter referat.
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 281-283v.

An Gabriel Terla, den 5 Aprill 56 etc.

Wir können euch in gnaden nicht verhalten, das sich in verschinem winter, als wir mit dem hochgebornen fursten, unserm etc. Johans Albrecht hertzogen zu Meckelburg etc., uff unserm hauss Risenburg¹⁾ gelegen, zugetragen, das wir unser diener einen, Hanss Schmidt genant, burgermeister in unser stadt Bischoffwerder²⁾, in etzlichen unsern gescheften nach Dantzick abgefertigt. Als er fur unsere stadt Risenburgk khomen, hat er uf dem unsern einen frembden weydman gefunden [f. 281v] und gesehen, was er gefangen. Do er dann ungeverlich etliche rephuner bey ime gefunden, davon er ime etzliche genohmen, uns nach Risenburg geschickt und die andern dem weydman gelassen mit anzeige, es geburete ime nicht, ohne unser vorwissen uf dem unserm weidweg zu treiben. Do er auch die huner, die er ime genohmen, wider haben wolde, mochte er hineinziehen und solchs beim heuptman suchen.

Als solchs geschehen, ist der weydman stragks von ime geritten in ein dorf. Als aber unser diener, der burgermeister von Bischoffwerder, seinen wege auch durch dasselbe dorf nemen müssen, hat inen der vogt von Marienburg, N. Koska,³⁾ der den weydman als fur den seinen angezogen, mit etzlichen seinen dienern, ungefer selb zehendt, mit buchsen und spiesen uf freyer ko[niglicher] strassen, zuwider dem gemeinen landesfridt, mit gewalt uberfallen und ine ubel zerschlagen; welchs wir [f. 282] uns nicht unpillich, das den unsern, so in unsern gescheften wandeln, solche gewalt uf freyer ko[niglicher] strassen begegnet, zu gemuth gezogen und derwegen einen ordentlichen anwalt, der solchs mutwilligen frevels halben bemelten vogt von Marienburg fur dem ordentlichen landtgeding beklagen solle, verordent.

Als aber unser anwalt die sache wie geburlich vorgenommen, solle er durch den vogt zu Marien[burg] zum hochsten, mit betastung seines glimpfs und ehren, molestiret und angefochten sein worden. Welchs uns warlichen nicht wenig beschwerlich in betrachtung, das er nicht allein die nahe blutsverwantnuss und lehenspflicht, domit wir der ko.mt. verwant, in kein ufmerckung heltet, sonder mussens auch darfur halten, das er, der vogt zu Marienburg, nicht allein der meinunge ist, mit zuchten seine fuess seines gefallens an uns zu wyschen, sonder auch dardurch die ko.mt. als unsern lehenshern und nechsten blutsfreundt zu vorachten. Glauben auch wol, sich gedachter vogt ditzfals etwas der neuen schwegerschaft bey dem hern under- [f. 282v] cantzler⁴⁾ getrösten mag. Wir seint aber zu ime, dem hern cantzler, der hofnung, er werde ungeachtet einicher freundschaft mehr uf ko.mt. und derselben verwanthen ehr und die billigkeit sehen und dieselbe fordern, wie wir ihme dann auch derwegen itzo geschriben und seine förderung gebethen.

Mer und hoher aber trosten wir uns der ko.mt. etc. gnaden und rechtfertigkeit, das sy uns, iren blutsfreundt und lehensfursten, von solchen leuthen nicht werde verechtlich beschweren lassen, weniger inen gestadten, wie sich diser Koska understehet, das sy uns mit fussen ubergehn sollen. Und dieweil wir dann des, das an unserm diener, dem burgermeister zu Bischofwerder, solcher gewalt begangen, ins erste und zum andern der betastung gegen unserm volmechtigen anwaldt beschehen, nicht unbillich, auch dergestalt als ob es uns selbst widerfahren, wie es dann an ime selbst ist, zu gemute furen, [f. 283] so gesinnen wir gantz gnedigen, ir wollet unbeschwert der ko.mt. solches unsere beschwer und des vogts zu Marienburg mutwillen vertreulichen vormelden und daneben sampt dem hern cantzler bey irer ko.mt. befördern, damit durch ire mt. den dreyen hern

woywoden, so uf nechster tagfart zu Marienburg versamlet sein werden, und darzu wir unsere rethe inhalts der vertrege auch ordenen mugen, vernehmen und die geburende billigkeit darinne erkennen. Die commission aber muste mit fleiss und ernst auch also gestelt werden, darob die hern woywoden den Koska, wie geburlich, citiren, auch mit der masse, darob er sich aussenzubleiben mit keinen fugen zu entschuldigen. Abermals gnedigen sinnende, ir wollet euch der pilligkeit nach unbeschwert erzeigen und der ko.mt. daneben mit bescheidenheit vermelden, do wir von solchen leuthen so vorechtlich gehalten werden sollden, das uns warlich als einem menschen solchs zu ertragen gantz beschwerlich, und möchte vileicht dermaleins aus menschlicher gebrechligkeit die rach nicht aussenbleiben. Zu was weiterung aber solchs sehen wolte, were wol zu bedencken. Zweifeln aber gar nicht, die kö.mt. [f. 283v] hirinne wol die pilligkeit zu erschaffen werde wissen. Und wir wollen euren fleiss, so ir diser sachen halben furwenden werdet, in sondern gnaden erkennen etc.

Commissio Principis propria
praesente Marschiach²⁾
Secretari

z) sic in ms.

1) Prabuty.

2) Biskupiec Pomorski.

3) Ioannes Kostka.

4) *Hic forsitan sermo est non de Ioanne Kostka, castellano Gedanensi et thesaurario terrarum Prussiae, qui uxorem duxit Hedvigem Przerembska, sororem vicecancellarii Ioannis, sed de alio Ioanne Kostka, eius consanguineo, advocato arcis Marienburgensis; terminus ergo «schwegerschaft» hic sensu latiore intelligendus est.*

N. 4345.

S.L., 6.IV.1556.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Przerembski, R.P. vicecancellario,

de Ioanne Koska, advocato Marienburgensi, queritur, qui subditum suum, consulem civitatis Bischoffswerder [Biskupiec Pomorski] in publica via regia violenter invasit et verberibus affect.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 34-36.

Vicecancellario Regni Poloniae, VI Aprilis.

Queritur de advocato castris Marienburgensis.

Ex iis literis, quas S. Regiae Maiestati Poloniae etc., Domino nostro clementissimo, nuperrime scripsimus et ad Reverendae Generositatis Vestrae manus misimus, intelliget Reverenda Generositas Vestra negotium subditi et consulis nostrae civitatis Bischoffwerde, [f. 35] quod cum advocato, ut vocant, arcis Marienburgensis Koska¹⁾ habet, quanta nempe violentia ipsum subditum nostrum, negotiorum nostrorum causa iussuque nostro Marienburgum proficiscentem, in publica et regia via invaserit ac indignis verberibus affecerit. Quod quidem non immerito nobis magnopere ad animum revocamus et nobis ipsis illatam hanc iniuriam, uti revera est, plane existimamus. Cum autem dictus Koska, hac ipsa iniuria necdum contentus, nostrum insuper procuratorem, quem nuper admodum ad iudicium terrestre Marienburgum miseramus, ut ipsum tanquam publicae pacis violatorem nostro nomine accusaret et causam subditi nostri legitima via

defenderet, magna et atroci contumelia affecerit, nullam nec honoris aut dignitatis nostrae rationem habens, nec nostram cum S. Regia Maiestate necessitudinem ulla parte considerans, cogitare profecto cogimur ipsum non tam nostram personam despectui habere, quam S. Regiam Maiestatem, Dominum et necessarium nostrum clementissimum, hoc modo per ludibrium contemnere.

Et quamquam existimamus ipsum Koskam ideo nonnihil ferociorem esse, quod Reverendae Generositati Vestrae nova quadam affinitate²⁾ iunctus est, tamen Reverendam Generositatem Vestram pluris facturam credimus et causae aequitatem et S. Regiae Maiestatis honorem ac reputationem nostram, uti S. Regiae Maiestatis vasalli Principis dignitatem, quam istam aut affinitatem aut amicitiam, praecipue autem persuasum nobis habemus S. Regiam Maiestatem nullo modo concessuram, ut is Koska eiusque generis homines ita temere nobis insultent nosque pedibus conculcent. Quapropter cum et subditi nostri iniuriam et procuratori illatam contumeliam pro rei istius indignitate vindicare omnino cogamur, Reverendam Generositatem Vestram amanter petimus, ut haec nostra gravamina communi consilio et opera Domini reginalis curiae Magistri Gabrielis Terla, quem hoc ipsum rogavimus, S. Regiae Maiestati accurate recensere velit ac nostro nomine submissee petere ac sollicitare, ut Sua Maiestas hanc causam Dominis Palatinis terrarum Prussiae³⁾ in proximo [f. 36] conventu Marienburgensi, qui sub festum divi Stanislai habebitur, diiudicandam committere dignetur, ut nostri consilarii secundum pactorum exigentiam, similiter uti consuetum est, ei negotio adhibeantur. Commissio autem plane seria ad Dominos Palatinos edenda erit, ut et reum citent et sine ulla tergiversatione excusationeve comparere cogant, ne per contumacem ipsius emansionem in longum protrahatur negotium, iterum etiam atque etiam petens, Reverenda Generositas Vestra hanc causam respectu aequitatis nostro nomine promovere et expedire benigne velit. Id nostris quibus possumus studiis amanter et clementer Reverendae Generositati Vestrae compensabimus.

C. S[ilvius]

1) *Ioannes Kostka.*

2) *cfr. n. 4 N. praecedentis.*

3) *palatini terrarum Prussiae: Culmensis, Ioannes Działyński, Marienburgensis, Achatius Czema, et Pomeraniae, Fabianus Czema, frater Achatii, palatini Marienburgensis.*

N. 4346.

Tilsae, 8.IV.1556.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

in negotio Valentini Sarcerii, concionatoris Elbingensis a rege proscripti, voluntati regiae se obtemperatum esse nuntiat, salvis tamen iis, «quae pietatis et charitatis christianae sunt»; scribit praeterea, quid de prohibenda navigatione Anglorum in Moscoviam sibi videatur.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 36-39.

Regi Poloniae, VIII Aprilis.

Scribit se officium suum facturum esse in iis, quae S. Regia Maiestas de Valentino Sarcerio postulat. Item communicat consilium Maiestati Suae de prohibenda navigatione Anglorum in Moschovia.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Binas nuper a S. Regia Vestra Maiestate simul literas accepi. Quarum alteris scribit quendam se Valentinum Sarcerium e ditionibus suis proscriptis, propterea quod Elbingae pro concionibus plebem tumultuose concitaverit, deque eo in Ducatu meo non fovendo officii mei me admonet. Quod itaque eundem Sarcerium attinet, ei ego sortem et successum meliorem non illibenter faverem, licet in hac vicinia nihil eius rei de ipso compererim. Non ignorat autem S. Regia Vestra Maiestas accidere interdum, ut pii et sinceri doctores ac verbi Dei ministri eo, quod abusus in ecclesiis, [f. 37] falsa dogmata improbant puramque Evangelii doctrinam docent, Christi exemplo pro seditiosis et tranquillitatis publicae turbatoribus proclamari soleant. ^{a)}Sed ut ut haec sunt^{a)}, daturus sum operam, ut ad S. Regiae Vestrae Maiestatis postulata ita me geram, ne quid contra pacta fecisse, vel officii mei immemor fuisse recte ac merito accusari queam, iis tamen, quae pietatis et charitatis christianae sunt, salvis et minime neglectis.

Ex alteris S. Regiae Vestrae Maiestatis literis intellexi, quid de nova illa ex Anglia navigatione in Muschoviam inventa per me curatum velit. Qua in re ut laudanda est S. Regiae Vestrae Maiestatis vigilantia, quod prudenter adeo, futura praevidens, ingruenti malo occurrere studet, ita sapienter, sicut alia omnia, cum oratoribus Regis Sueciae¹⁾ de his egisse videtur. Ego sane, quantum in me est, non gravarer apud Serenissimum Daniae Regem²⁾ de eadem navigatione meam operam interponere, sed et magis decere et fructuosius esse maiorisque autoritatis existimo, si S. Regia Vestra Maiestas suis literis nuntiisque initium ei negotio faceret. Ubi deinde per me aliquid addi posset, nihil de studio et diligentia mea desiderabitur.

In primis autem utile mihi videretur, si S. Regia Vestra Maiestas Imperatoriae et Regiae Romanorum Maiestatibus³⁾ hoc novae navigationis inventum, et quantum inde periculi, si procedat, Orbi Christiano metuendum sit, exponi faceret peteretque, ut eorum Maiestates motu proprio cum Serenissimo Angliae Rege⁴⁾ de ea navigatione prohibenda agerent. Quod si etiam Reipublicae expedire Serenissimae Maiestates eorum iudicarent de eius periculi magnitudine aliquid ad status S. Romani Imperii referre, ut et ipsi coniunctis sententiis de impedienda ea navigatione apud praedictum Serenissimum Angliae Regem instarent, relinquere hoc S. Regiam Vestram Maiestatem ipsorum arbitrio. Praecipue autem illud pro causae amplificatione non incommode addi meo iudicio posset, quod pro comperito habetur Moschum⁵⁾ praeterito anno [f. 38] tum Turcas, tum Galliae Regem⁶⁾ per quendam Ioannem Schleder⁷⁾ de amicitiae foedere et pactionibus sollicitasse. Quantum inde, quod Deus prohibeat, periculi Reipublicae Christianae expectandum, neminem non videre, ac facile credendum fore, ut non Moschus animum applicet ad Angliae Regnum, sed ut Turca quoque idem postea conetur ac moliat. Non mediocriter etiam ad rem facere existimarem, si S. Regia Vestra Maiestas per literas Serenissimum Angliae Regem de interdicenda ea navigatione amanter ac persuasionibus ad hoc aptis et accommodis submoneret, ac postremo maritimis quoque civitatibus id ipsum significandum curaret, ut ipsae, quoniam confoederatae sunt Anglis utunturque reciproca cuiusdam privilegii inter se societate, eam

navigationem amicabilem aliqua ratione tollendam susciperent, docendo atque demonstrando, quantum ipsorum referat eam ad Moschos navigationem prohiberi, ut quae non exteris regnis aut provinciis modo, sed ipsis etiam Anglis, ubi Moschus negotiationis illius assueverit et viribus inde potentior factus fuerit, maximo damno et incommodo futura sit. Quod si amicabilem via eius navigationis interdictum obtineri non posset, ut tunc maritimae civitates, communicato inter se et cum Rege Daciae²⁾ consilio, rationes inveniant ad navigationem eam vi reprimendam prohibendamve. Promptam enim esse S. Regiam Vestram Maiestatem pro parte sua omnia ea conferre, quae necessaria hanc ad rem esse cognoverit.

Atque haec quidem mihi videntur S. Regiae Vestrae Maiestati in hoc negotio agenda esse, salvo semper S. Regiae Vestrae Maiestatis iudicio prudentiore et sublimiore. Cui haec omnia magis exquisite, magis etiam apte et apposite cum eximiis consiliariis suis deliberanda relinquo. Si quid porro S. Regia Maiestas Vestra pro communi commodo et bono in eodem [f. 39] hoc negotio praestari a me posse putaverit, quoad rationes meae patiuntur, omnia lubens ac sedulo. Datae Tilsae.

Principi sic placuit.
A. M[untzer]

a)-a) *in margine.*

1) *Gustavus I.*

2) *Christianus III.*

3) *Carolus V et Ferdinandus I.*

4) *Philippus II.*

5) *Ioannes IV Basilides.*

6) *Henricus II.*

7) *Ioannes Schlitte, mercator Goslariensis.*

N. 4347.

Tilsae, 8.IV.1556.

*Albertus dux in Prussia
praefecto Iurgenburgensi*

Antonium Sigismundum, subditum suum, cui supellectilia quaedam furtim domo ablata sunt et nunc Iurgenburgi per quendam Juschke Bruckarus detinentur, commendat et rogat, ut ita eum iuvet, quo «res suas citra iuris strepitum, etiam non laboriose recuperare queat».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 39.

N. 4348.

Tilsae, 12.IV.1556.

Albertus dux in Prussia

*Stanislao Skaszewski, capitaneo in Kroze,
pro honoribus et officiis, sibi et genero suo, Ioanni Alberto duci Megapolensi,
exhibitis, gratias agit et 20 lastas salis dono mittere pollicetur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 40-41.

N. 4349.

Ragnetæ, 14.IV.1556.

*Albertus dux in Prussia
Stanislao Ostroróg, castellano Międzyrzecensi,
pro equis dono missis gratias agit et nuntiat se Eustachio [recte: Eustathio]
Trepka responsum dedisse ad ea, quae nomine eius sibi rettulerit.
(Latine)
Cfr. El. XL, N. 1521.
Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 41-42.*

N. 4350.

Ragnetæ, 15.IV.1556.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Kochanowski
propter oculorum morbum in Italiam profecturo, etsi mallet eum prope se
habere, tamen in proposito discedendi eum remorari non vult et 50 mar-
cas Pruthenicales pro viatico ipsi decernit.
(De aliis huius epistulae editionibus cfr. Janusz Mattek, Jan Kochanowski
w Królewcu, Pamiętnik Literacki LXXVII, 1986).
Cfr. El. XL, N. 1524.
Ostpr. Fol., vol. 55, f. 42.*

Ioanni Cochanowski, XV Aprilis.

Optat illi felicem professionem in Italiam, datque illi ad viaticum 50
marcas.

Generose, sincere nobis dilecte.

Perlatae sunt nobis literae tuae, quibus statum rerum tuarum explicas, praesertim vero quod scribis propter aegritudinem oculorum, quae in dies periculosior, sicuti affirmas, comparet, diutius Regiomonti haerere non possis, sed in Italiam proficisci constitueris. Quod quidem non potuit nobis non esse molestum. Tibi enim et valetudinem meliorem omniaque fausta clementer favemus et conspectu tuo praesentiaque libenter fruimur. Sed quoniam vel Deo vel fatis omnia cedunt, nolimus te in proposito tuo necessario remorari, imo potius omnia tibi prospera et secunda suscipiendo et perficiendo itinere optamus, tibi que pro viatico 50 marcas mone-tae nostrae Prutenicae clementer decernimus, quas a burgravio istic nostro Regiomontano¹⁾, traditis eidem hisce adiunctis literis, exposces, nihil dubitantes te in ista inchoata tua erga nos et fidelitate et studio non minus absentem, quam coram perseveraturum. Id nobis gratissimum accidet et clementia nostra compensandum. Datae Ragnet etc.

C. S[ilvius]

1) *Martinus Kannacher.*

Ragnetae, 16.IV.1556.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
de alio modo notum negotium expediendi a rege invento, ut scil. res clam et
occulte tractari possit, et de palatinis Vilmensi et Marienburgensi eam ob
causam a rege ad se missis sententiam suam profert; adventum secretarii
fratris sui, archiepiscopi Rigenstis, se exspectare nuntiat.*

Autogr. Sigill.

Cfr. El. XLIII, N. 175.

H B A, B, K. 1176.

Gar geliebter freunt Derle.

Aus ewerem schreiben, so mihr heut datis worden, hab ich k.mt., meins gnedi[g]sten^{a)} herrens, bedencken, das seyn mt. einen andern wege furgenumen, dy bewuste sach etc. belangendt, in der ir zuvorn auch bey mihr gewesen etc. Nun sehen sein maiestat am nuczesten an, auf das sofyl in grosser geheim alles verhandelt wurde, solt es besser sein, das durch ein andre person^{b)} verhandelt. Habe derhalben bedacht, den durchleuchten und grosmechtigen hern wildnischen palatin¹⁾, meinen geliebten freunt und bruder, an mich zu schicken unter dem schein, das s.l. mit mihr handeln solte von der vereinigung der grenicz, dardurch den andern allen der ferdacht benumen etc.

So aber mein freunt und bruder s.l. nicht gancz vertrawen wolle, das s.l. laut s.l. befelich solches mihr genungsam peroriren moge, das s.k.mt. s.l. zum mitgeverten den hern margenpurgischen woiwoden²⁾, der diser aller handel ingedenck, zugeordent, auf das s.l. durch seiner herlicheit dulmecczen dy kuniglichen befelich sofyl nuczlicher zu vollentren. So aber k.mt.^{c)} yren abzug aus furfallenden gescheften zu ferzihen geursacht, welcher auch noch in etzlichen dagen E.H. schreiben nach fast in dy tritte wochen verzihen werde etc., und mein geliebter freunt und bruder uber trei dag nach k.mt. auszug vortzihen werde kunnen, so mihr nun dis zu lang sein wolte, das ich mich wider nach Kunigspurgk begeben mochte. So sol ich doch dem herren margenpurgischen woiwoden k.mt. willen fermelden und vordern etc.

Auf dis alles kan ich furwahr nicht wissen, ab solcher lange verzug nucz aber nicht, bevohr weil sich mein erfordern so lang verzogen und doch warlich meins erachtens k.mt., wy sich dy leuft anlassen, ein ieder dag zu nachtheil [p. 2] gereichen mochte. Kan ich bey mihr nicht ermesen, warumb k.mt. sich so gar besorgen der argwonicheit, was ich bey s.mt. thun wolt, und sihet mich fast schir dy schickung an mich noch mehr argwenischer an, als weil ich so lang hiroben gelegen und bereit der gemeyn man ausgeben, ich wolle zu k.mt., so kan ich auch nicht achten, das dis dy argwonigkeit wenigern sol, abwol furgewant mocht werden der fertrag mit den greniczen. Den iederman wol abzunemen, das ich in meinen eigen gescheften hiroben nichts so notigs zu handeln, das ich mich in solcher eile von Kunigspurgk begeben, und besorge wol eher, das k.mt. nicht mocht auferleget werden, als mochte s.mt. mich nicht leiden ader gern bey sich sehen und solt wol ein argwon den andern ursachen.

Hirumb, wy oben gedacht, wy schedlich der ferzug und sich wol zutragen mochte, das k.mt. notdorft an etzliche orter one sewmen zu schreiben, auch bereit gut wehre, das s.mt. dyselben vor etzlich wochen gethon, kan ich warlich bey mir nicht beschlissen, den das amb besten, das yre mt. dise stundt alles wusten, darnach sich auch ire mt. und andre zu richten. Ist aber irer mt. so wenig an dem handel gelegen, so ist mihr leit mein muhe, unkost und arweit, und das s.k.mt. in solchem nit mehr gedinet sol werden, der her Radywil sambt andern auch also bemuhet, da man s.l. wol verschonen kunte. Was nun s.mt. beschlus, erwarte ich noch und wehre besser gewesen, ich hette mich tracts zu seiner mt. auf vorderlichst begeben, wehre der ferzug zu besorgen gewest.

Bit umb ein vorderliche antwort, darnach ich mich zu richten, domit ich das mein auch nicht ferseume, den Got erkenne es, das ichs mit s.mt. trewlich meine. Hab auch her Czemen noch nichts schreiben wollen.

Des herren erczpischofen, meyns lieben bruders³⁾ etc., secretarium belangendt, wil ich seiner gewarten und eingelegten zettel mich zu halten wissen, wo ich nicht ein andern [p. 3] bescheid erlange. Und befele euch hiemit Gottes gnaden und nach Got mich k.mt., meinem gnedi[g]sten herren. Datis in eile Rangnet den 16 Aprilis anno 1556.

Albrecht der elter marggraff,
in Preussen etc. herczog etc.

In dorso alia manu: Dem edlen und ernvesten, unserm besondern geliebten ehrn Gabriel Terlen, k.mt. zu Polen hofmeister, castellan zu Radum und heuptman zu Chelmen.

a) *in ms.* gnedister

b) *in ms.* merson

c) *sequitur expunctum:* meines geliebten bruders

1) *Nicolaus Radziwiłł «Niger».*

2) *Achatius Czema.*

3) *Gulielmus, archiepiscopus Rigensis.*

N. 4352.

Ragnetæ, 21.IV.1556.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
pro Elbingensibus, contra quos in causa religionis novum mandatum regium
editum est.*

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 43-47.

Duci in Olike, XXI Aprilis.

Pro Elbingensibus.

Officia nostra etc.

Illustritatem Vestram amice ac fraterne celare non possumus senatum Elbingensem per praesentium exhibitorem, magistrum Ioannem Sprengell, iudiciorum ibidem secretarium, nobis gravamina sua intolerabilia, quibus a Reverendo Domino Episcopo Varmiensi¹⁾ premuntur, quaeque in dies alia super alia miseris illis cumulantur, exponi fecisse, quemadmodum Illustritas Vestra ex illo ipso narrante plene cognoscet. Iam vero Illustritati

Vestrae notum esse non dubitamus, quid S. Regia Maiestas Poloniae, Dominus noster clementissimus, ad varias preces nostras supplices, quas eius civitatis nomine saepius interposuimus, clementissime pollicita sit, non concessuram scilicet Suam Regiam Maiestatem, ut Elbingenses sinceram Evangelii doctrinam deserere cogantur, sed ut ceteros Regni Poloniae status in religionis negotio, sic ipsos quoque eodem loco habituram^a). Longe autem diversum ipsis accidit. Nam proximis hisce Pascalibus serium mandatum, a S. Regia Maiestate eiusdem manu subscriptum, ei senatui insinuatum est, quo sub poena legibus constituta edicitur, ne a maiorum suorum et totius Ecclesiae Catholicae institutis discedant, sed auctoritati Domini Episcopi in his rebus obsecudent. Quod quidem factae nobis pollicitationi prorsus repugnat, sicuti Illustritas Vestra ab hoc homine coram, si vacabit, plenius percipiet. Si igitur eius Episcopi conatus tales successus habere et S. Regia Maiestas hoc modo circumduci debeat, ut contraria mandata et sibi invicem pugnantia edat, profecto rem pressius considerantes non videmus, quomodo sine regii honoris dignitatisque defraudatione fiat, cogimurque officii nostri [f. 44] ratione postulante, ut fidelem subditum et vasallum Principem decet, S. Regiam Maiestatem ea de re submitte praemonere. Nam cum in ea urbe omnis generis homines degant, qui negotiorum suorum et amplificandae rei familiaris causa terra marique diversa loca, regna et provincias visitare soleant, facile eiusmodi rumor longe lateque disseminari potest, cum alioqui, ut poeta ait, fama malum, quo non aliud velocius ullum, mobilitate viget²) etc. An autem S. Regiae Maiestati honorificum sit futurum, si huiusmodi mandata huc illuc spargantur, aliorum iudicio relinquimus.

Et quoniam omnimo persuasum nobis habemus Illustritatem Vestram, pro singulari suo ingenio et industria, qua in divinis literis diligentissime versatur, et pro ea gratia ac propensione, qua Illustritas Vestra Dei spiritu illuminata sincerae religioni in primis favet, hoc negotium melius consideraturam, quam nos scribendo consequi possumus, itaque amanter et fraterne petimus, Illustritas Vestra civitatis Elbingensis (quae maximo desiderio verbi Dei tenetur cibumque animae summe concupiscit) causam et piam et iustam clementer suscipiat, utque christianum decet Principem, sua ope et auctoritate ad S. Regiam Maiestatem intercedat, ne tam audacter contra ipsos cives procedatur, neve cursus Evangelii tanto opere impediatur. Quin imo incumbat potius Illustritas Vestra totis in hoc viribus, ut verbum Dei, id loci plantari acceptum, in dies maiora incrementa sumat et vicinis conspersis locis late disseminetur. Namque si non fiat, sique Evangelio portae non modo non aperiuntur, sed inde prorsus verbum, abolitae iam pridem caeremoniae, impii cultus ac idolatriae, quod hercle [f. 45] unum molitur Episcopus, restaurentur, verendum sit multos ex honestissimis, fidelissimis et prudentissimis civibus, urbe relicta, alio commigraturos, nec facile eorum similes, qui talem Rempublicam recte pro dignitate et emolumento S. Regiae Maiestatis administrare queant, collectos iri. Quamquam autem haec contemnuntur fortasse et videntur a nonnullis, quod existimant S. Regiae Maiestati non magni hanc civitatem faciendam esse, nos tamen aliter multo iudicamus, nempe S. Regiam Maiestatem eiusmodi urbem, tam oportuno loco sitam et probe munitam, talesque cives, quemadmodum Dei beneficio nunc Elbingae sunt, non debere prorsus vilipendere.

Deinde non videmus causam, quare haec civitas eadem, qua ceteri Regni status, libertate frui non debeat tantisper, dum divina veritas aut magis patefiat in Regno, aut communi omnium ordinum Regni sententia

aliud in religionis negotio statuatur. Quod si omnino Dominus Episcopus iurisdictionem suam retinere et ministros verbi ecclesii praeficiendos, uti consuetum est, sibi praesentari volet, ut modus illi statuatur et certa id conditione permittatur necesse est, videlicet ut veram et puram Evangelii doctrinam et sacramentorum administrationem, secundum Christi institutionem, coniugiumque illis libera permittat, nec iis in rebus ullum praeroget. Si quid autem in externa vita et moribus a ministris verbi peccetur, officium quidem Episcopi requireret attentum oculatumque esse, non tamen ita, ut cuiusvis facile delatori et erga concionatores sinistre affecto fidem habeat, multo minus tales coryceos vel subornare vel instigare, aut etiam expensis suis alere atque iuvare (id quod Episcopum facere Elbingenses queruntur) debeat^{b)}.

Secundo queritur idem senatus nonnullos homines ex plebe, otiosos legum omnium contemptores, rixis tantum et dissidiis excitandis natos, multum negotii suis intempestivis querelis, quibus subinde senatum iniquissime onerant et accusant, S. Regiae Maiestati facere, [f. 46] interdum tam frivolas causas habere, ut plane de lana caprina aut asini umbra, quod in proverbio est, rixari videantur. Atque illi etiam partim ab Episcopo incitari dicuntur, partim propria sua protervia dum impune patrant, omnia ita prorumpunt. Quod cum prorsus iniquum et permolestum sit, Illustritatem Vestram amice rogatam facimus, det operam suaque auctoritate, quod potest, perficiat, ut S. Regia Maiestas senatum Elbingensem contra eiusmodi nebulones clementer tueatur, non omnibus delatoribus, quidvis rumorum apportantibus, leviter credat, quin imo eos ab se arceat, iura et privilegia eius senatus populique sarta tecta conservet ac frivolas istas querimonias dominis palatinis et regiis consiliariis terrarum Prussiae committat, qui pro veteri consuetudine legum aequitatisque via res decidendas et diiudicandas studebunt, ne porro is senatus Episcopi instinctu tantopere molestetur, infestetur et expensis immodicis, quas ad urbem et munientiam et amplificandam alioqui conferre posset, exhauriatur.

Tertio queruntur Elbingenses se contra privilegia et libertates suas, iussu nuper regio coactos, quendam civem, quod in Carnisprivio proxime praeterito quosdam ludos publice in ea urbe edidisset, in vincula coniecisse. Quid id spectaculi fuerit, Illustritas Vestra ex praesentatore similiter intelliget. Cum autem id delicti non tanti momenti sit, quemadmodum ab adversaria parte exaggeratur, et delinquens in carcere hactenus detentus satis supplicii pertulisse videatur, itaque S. Regia Maiestas hac ipsius civis poena [f. 47] contenta esse velit, ipsumque liberum et missum facere, si non pure, tamen aequis quibusdam conditionibus. Haec sunt rogata nostra, quae Illustritas Vestra miserae et afflictae huius civitatis nomine et clementer curare et promovere velit. Id Deus Optimus Maximus Illustritati Vestrae, cui grata omnino verbi^{c)} sui amplificatio accidit, abunde remunerabit. Et nos omni fraternorum officiorum genere demerebimur, tum senatus populisque Elbingensis universus hoc amplissime beneficium perpetua animi gratitudine prosequetur etc. Datae Ragnett etc.

Translatum e Germanico.
C. S[ilvius]

a) in ms. habituros

b) in ms. debeat

c) in ms. verbo

1) Stanislaus Hosius.

2) Vergilii Aen., 4, 175.

Albertus dux in Prussia

*Gabrielii Tarto, magistro curiae reginae Catharinae,
de Elbingensibus religionis causa ab episcopo Varmiensi oppressis et vexatis.*

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 283v-286v.

An Gabriel Terla. Mutatis mutantis²⁾ an hern woywoden zur Wildt, den 21 April etc.

Wir können euch gnediger meinung nicht bergen, das uns die konigliche stadt Elbing durch gegenwertigen iren gerichtsscretari, magister Johan Sprengel, abermals ir hoe beschwer, so inen von dem hern bischoff zu Ermelandt¹⁾ zugefugt wirdt, kleglich vermelden lassen, wie ir dann solches von ime nach der lenge [f. 284] einzunehmen. Nun wisset ir euch sonder zweifel zu erinnern, wess ko.mt. zu Polen etc. uf vilfeltige unsere vobith gemelter stadt Elbing disfals die religion belangendt zugesagt, nemlich das sie von der reinen lehre des Evangelii, wie auch andere stende der Chron Polen, nicht gedrunge werden solte. Aber dem allen zuwider haben die Elbinger in nehist vergangenen Osterfeiertagen ein solch ernst ko. mandat, mit ko.mt. eigen handt underzeichnet, bekhomen, welchs voriger zusag, des man sich keineswegs versehen, gentslich und strack zugehen, wie ir gleichfals von zeigern berichtet werden sollet. So denn des hern bischofs vornemen seinen vortgang haben und die ko.mt. dermassen umbgefuret werden, das sie einen bevelich wider den andern zu geben gestatten solle, bedencken wir als der getreue diener und lehensfurst, das irer ko.mt. nicht geringer nachteil daraus entstehn wölle, erkennen uns auch pflichtig und schuldig, ire ko.mt. undertheniglich darfur zu warnen. Dann weil dennoch in gemelter stadt Elbing allerley volck, das sich mancherley handirung weit und breit zu [f. 284v] wasser und lande gebraucht und vile[r]ley herschaften, konigreich und lender besuchet, kan solch geschrey leichtlich gar weit ausgebreitet werden. Wie rumlich es aber s.ko.mt. sein werdt, lassen wir andere urtheln.

Und dieweil wir nicht zweifeln, ir solchen hendeln eurem von Gott verlihenem verstande nach, als gottlob in cristlicher rechtschaffener lehre hocherleuchtet, besser nachdencken dann wir schreiben können, so gelangt demnach unser gnediges sinnen an euch, ir wollet euch neben dem hern wilnischen woywoden²⁾, denen wir auch gleichfals gebeten, der armen betrubten stadt, die hertzlich nach Gottes wort verlangt, welchs allein die rechte speise der seelen ist, erbarmen, annemen und durch eure hulf und zuthadt bey ko.mt. fordern, damit nicht also geschwinde mit inen gefaren und der lauf des heiligen Evangelii nicht so heftig gehindert werde, sonder das vilmehr Gottes wort derart möge gepflantzet und nachmals je lenger je weiter ausgebreitet werden. [f. 285] Dann da dem Evangelio nicht raum gegeben, sonder die alten ceremonien, abgottereyen und anders, wie man eigentlich damit umbgeth, widerumb eingesetzt sollen werden, ist zu besorgen, das vil von den getreuesten, verstendigsten und reichsten burgern sich aus der stadt an andere orther begeben, da man nicht baldt ired gleichen, die einer solchen gemeine vorstehn und ko.mt. also fruchtbarlich dienen können, erlangen wurde. Und ob es wol verachtet und furgeben mocht werden, es were der ko.mt. nicht vil an einer solchen stadt gelegen, so wissen wirs doch anders, das irer mt. an solcher stadt und solchen burgern, wie gotlob aldo verhanden, nit wenig gelegen.

Wir sehen auch nicht ursach, warumb man nicht dise stadt oben bey der freyheit lassen solle, die andere in der Chron Polan haben, bis solang die gotliche warheit klerer an tag gebracht oder mit gemeinem endelligen beschlusse aller reichstende ein anders constituirt und bewilligt werde. Und da je der her bischoff vermöge seiner jurisdiction haben wolte, das man ime die pfarher und prediger presentiren solte, muste im gleichwol ein zil gesteckt und mit diser condition [f. 285v] zugelassen werden, das er sie bey der reinen lehre des Evangelii und bey dem rechten brauch der heiligen sacrament nach Cristi einsetzung, auch bey irem ehestandt bleiben liesse und daruber keinswegs beschwerte. Do sie sich aber ausserhalb der lehre in irem ampt und eusserlichen lehben nicht rechtschaffen hielten, wer wol guth, das ein bischoff einsehe. Er solt aber auch nicht einem jeden buben, der den predigern nichts guts gönnete und sie felschlich angebe, glauben, vil weniger solche angeber mit allerley vorschub, wie denn geschehen solle, fordern oder selbst anreitzen.

Zum andern, seintemahl auch etliche mussige, mutwillige leuthe, die zu zanck, hader und ungluck allezeit lust haben, der ko.mt. vil unruhe machen mit mancherley klagen uber den rath zum Elbing, do oftmals ser gering ursachen verhanden, und derselben gesellen auch ein theil vom [f. 286] bischoff angereizt sollen werden, so wolt s.ko.mt. einen erbarn rath fur solchen buben gnediglichen schutzen und schirmen, nicht allen verleumdern liederlich gleuben, den rath und gemeine bey iren privilegien erhalten, und da etwas von klagen furfiele, vor die weltlichen rethe, woywoden und stende der koniglichen landt Preussen weysen, die die pilligkeit darin wol werden verschaffen, damit ein rath nicht dermassen durch des bischoffs anreytzen molestiret, mude gemacht und gantzlich an gelde erschopft werden, sonder solche unkosten zu erhaltung der stadt wenden möchten.

Zum dritten, weil sie auch einen irer mitburger auf jungsten koniglichen bevelich wider ire privilegia und freyheit gefenglichen einziehen müssen, und die verwirkung gleichwol nit so gross, wie sie wol von dem widerpart exagerirt wirt, er aber numer ein gute zeit gefenglich enthalten und gebusset, so wolten s.ko.mt. sich gnediglichen an solcher straffen genügen lassen und inen der gefengknuss, wo nicht anders, doch auf [f. 286v] gewisse condition losgeben. Solchs alles wollet ir bey ko.mt. der armen betruckten stadt zum besten und umb unsernt willen vleissig und reulich zu fördern und fortzusetzen unbeschwert sein. Das wirt der ewig Gott euer person reichlich belohnen. Sein wir es in allen gnaden etc. Ragnit etc.

Princeps et marschalcus
audivere
C. Silvi[us].

z) *sic in ms.*

1) *Stanislaus Hosius.*

2) *Nicolaus Radziwiłł «Niger».*

N. 4354.

Caunae, 5.V.1556.

*Albertus dux in Prussia
palatino Trocensi [Nicolao Radziwiłł «Rufo»]
pro Moscovitis, in arce Trocensi captivis, intercedit et petit, ut eos liberandos
curet.*

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 47-48.

Palatino Trocensi, V Maii.

Pro eliberandis Muschovitis in arce Trocensi captivis.

Illustris Princeps, Amice singulariter nobis dilecte.

Cum his diebus, uti Illustritati Vestrae constat, apud S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, in Rudnick essemus, egimus cum Sua Maiestate Regia de Moscovitis, qui in arce Trocensi captivi asservantur, quorum vicem pro insita pietate non mediocriter dolemus, eliberandis. Et quamquam pollicita est nobis S. Regia Maiestas Sua fore, ut ad interpositas preces nostras eorum ratio habeatur, tamen nihil certi de ipsis statutum fuit. Quare Illustritatem Vestram, quae huic negotio plurimum prodesse potest, amanter petimus, curet aliquam istorum Muscovitarum habendam rationem, praesertim autem senioris illius, cui senectus ipsa satis morbi atque gravaminis suppeditat, detque operam, ut vel [f. 48] eliberentur certis conditionibus, vel saltem laxius et liberius cum hominibus atque in oppido versari queant. Hoc erga Illustritatem Vestram amicis studiis compensare conabimur. Quam bene feliciterque valere optamus. Datae Caena etc.

C. [Silvius]

N. 4355.

Żyźmory, 5.V.1556.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

rogat, ut negotium finium inter Ducatus Prussiae et Lithuaniae lustrandorum ita iuvet, «ut ea tandem controversia... nobis adhuc viventibus, secundum pacta vetera promissionemque regiam, uti aequum est, componatur».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 48-49.

N. 4356.

Ragnetae, 11.V.1556.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

pro Reinholdo Crocau, ut negotium eius ita regi commendet, quo promissas litteras immunitatis a teloneis in Magno Ducatu Lithuaniae tandem obtinere possit (cfr. N. 4338).

(Sub textu: Mutatis mutandis scriptum est Vicecancellario [Joanni Prze-rembski] pro eodem Reinholdo. Similiter Stiborio Krzikowski pro Reinholdo scriptum est).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 49-50.

N. 4357.

E Regio Monte, 21.V.1556.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

litteras, negotium Livonicum concernentes, se accepisse nuntiat et curaturum esse, ut tale negotium rite expediatur; litteras credentiales ad civitates Hanseaticas sibi mitti petit; suadet, ut rex marscalcum Livoniensem sibi devinciat.

Cfr. El. XXXI, N. 660.

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 51.

Regi Poloniae, XXI Maii.

Pollicetur se Livonicum negotium expediturum esse, consulitque, ut Dominum Livoniae Marschalcum¹⁾ sibi devinciat.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Litteras S. Regiae Maiestatis Vestrae, Volkiniki datas, cum adiunctis scriptis negotium Livonicum concernentibus debita cum reverentia accepi. Dabo operam, ut id negotii primo quoque tempore, uti convenit, rite expediatur. Verum S. Regiam Maiestatem Vestram subdite celare non possum ternas adhuc credentiales litteras, ut vocant, desiderari, ad senatum scilicet Lubecensem, Hamburgensem atque Bremensem. Quas ut S. Regia Maiestas Vestra scribendas mittendasque mihi curet, etiam atque etiam vehementer oro, illudque extremum peto, ut S. Regia Maiestas Vestra Dominum Marschalcum Livoniae quovis studio sibi devinciat, ne alienior reddatur. Id magno commodo ac emolumento futurum S. Regia Maiestas Vestra intelliget. Quam Christo omnipotenti salvam incolumemque longis temporibus conservandam committo. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

1) *Caspar a Münster.*

N. 4358.

S.l., 21.V.1556.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwilt, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

de litteris ad civitates Hanseaticas adhuc desideratis; de conventu consiliarium M. Ducatus Lithuaniae convocando; de curru mittendo.

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 53.

Duci in Olika, XXI Maii.

Eiusdem argumenti cum prioribus, petitque conventum in Lithuania maturari, et de retinenda Domini Marschalci Livoniensis¹⁾ benevolentia. Item pollicetur se currum missurum.

Illustris Princeps etc.

Accepimus S. Regiae Maiestatis Poloniae etc., Domini nostri clementissimi, scripta in negotio Livonico edita. Verum in eo ipso literarum fasci-

culo ternae^{a)} adhuc credentiales, ut vocantur, literae desiderabantur, ad senatum videlicet Lubicensem, Hamburgensem atque Bremensem. Quas ut Illustritas Vestra scribendas nobisque primo quoque tempore mittendas curet, etiam atque etiam amanter ac fraterne petimus.

Ceterum Illustritatem Vestram memoria tenere non dubitamus, quae proxime Rudniki de habendo quam primum conventu Dominorum consiliariorum Magni Ducatus Lithuaniae statuta. Quae res cum pernecessaria sit, ne vel negligatur vel in longum protrahatur, Illustritas Vestra diligenter curare velit. Similiter etiam, ut Domini Marschalci Livoniae habeatur ratio, quo in officio et benevolentia retineatur, ne aut alienior reddatur aut animum despondeat, vehementer ac fraterne rogamus. Est ea res sane non exiguum emolumentum S. Regiae Maiestati allatura. Id nos amicis et fraternis studiis demerebimur.

De curru, quo de Illustritas Vestra proximis literis ad nos scribit, diligenter curabimus, ut pro voluntate Illustritatis Vestrae iuxta formam nostri illius currus, quo in Lithuaniam nuper vecti sumus, quam primum instruatur et perficiatur, vicissimque fraterne petimus, Illustritas Vestra negotii regundorum finium, quo toties illi molesti sumus, pro oportunitate memor esse velit. Hoc nobis gratius facere nihil potest. Datae ut in literis.

C. S[ilvius]

a) in ms. terrae

1) Caspar a Münster.

N. 4359.

E Regio Monte, 21.V.1556.

Albertus dux in Prussia

R.P. cancellario [Ioanni Ocieski]

fasciculum litterarum in negotio Livonico scriptarum a rege sibi missum esse nuntiat, in quo tamen fasciculo ternae litterae credentiales, scil. ad senatum Lubicensem, Hamburgensem et Bremensem, adhuc desiderentur; rogat, ut eas primo quoque tempore sibi mittendas curet.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 52.

N. 4360.

Caunae, 21.V.1556.

Albertus dux in Prussia

Lucae a Górka, palatino Brestensi,

Christophorum Jonam, iuris doctorem et consiliarium suum, mittit, ut de eo negotio, quod cum Martino Zborowski, castellano Krzywiniensi, habet, cum ipso agat, commendat et rogat, ut ei fidem habeat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 51-52.

N. 4361.

E Regio Monte, I.VI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
Achatium Czema, palatinum Marienburgensem, per ditiones suas ad regem
iter facientem, laudat et commendat («quo enim ardentiore fidelitatis
studio ipsum Prussiae terris meritum... scio, eo clementia et benigni-
tate S. Regiae Vestrae Maiestatis digniorem iudico»).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 54.

N. 4362.

E Regio Monte, I.VI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, Nicolao Radziwiłł
«Nigro»
petit litteras regias ad teloneorum praefectos in Magno Ducatu Lithuaniae sibi
dari, quarum auctoritate factoribus suis 400 boves, ad victum et susten-
tationem militum praesidiariorum arcis suae Memel necessarios, sine vec-
tigalium solutione ex Lithuania et Samogitia expellere liceat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 55.

N. 4363.

E Regio Monte, I.VI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro Michaele Fridewalt, ut litteras immunitatis iam anno superiore ei a rege
promissas (cfr. N. 4292), quarum auctoritate regem in venationes sequi
possit, obtineat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 55-56.

N. 4364.

E Regio Monte, I.VI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
marscalcum Livoniae commendat et sententiam suam de negotio Livonico
profert.*

Cfr. El. XXXI, N. 663.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 56-58.

Regi Poloniae, I Iunii.

Petit, ut curam habeat Marschalci Livoniensis¹⁾, consiliumque suum exponit, quid sibi videatur faciendum esse.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

S. Regiam Maiestatem Vestram subdite celare non possum, quod Dominus Marschalcus Ordinis Livoniensis suum ex fratre nepotem, Ioan-nem a Munster, canonicum Rigensem, ad me misit, qui nudius tertius huc venit mihiq̄ue literas [f. 57] a Reverendissimo Domino Archiepiscopo Rigensi, fratre meo charissimo²⁾, attulit. Quibus Celsitudo Sua scribit Magistrum³⁾ et Ordinem Livoniensem omnia castra, munitiones dicti Marschalci, non praemissa ulla praemonitione consueta, citra etiam hostilem denuntiationem, subita vi invasisse atque occupasse, servitores etiam eiusdem magna ex parte abalienando ad se traduxisse, propterea quod Ordinis conatus et machinationes iniustas elapso tempore, quibus statuerant Dominum Archiepiscopum in arce Kockenhausen obsidendum et opprimendum, noluit approbare neque consentire, ut novus coadiutor⁴⁾ Magistro adderetur. Praeterea scribit Sua Celsitudo Ordinis socios eundem Marschalcum quadringentis equis persecutos esse sic, ut vix elapsus ad Celsitudinem Suam confugerit. Inde autem, cum periculum esse videret, ne Sua Celsitudo ideo, quod ipsum Marschalcum foveret, obsidione premeretur, in Lithuaniam iter arripuisse, ut S. Regiae Maiestati Vestrae casum et fortunam suam indignam, qua immerenter plane tantas ab Ordine persecutiones sustineat, referret. Petens etiam atque etiam fraterne adeoque obtestans, ut et Suae Celsitudini et dicto Marschalco consilio et auxilio propere adesse velim. Magnum enim periculum esse, si auxilia vel denegentur, vel longius differantur.

Cum autem pro debita mea subiunctione et fide S. Regiae Maiestatis Vestrae plurimum interesse intelligam, necessarium duxi hoc ipsum S. Regiae Maiestati Vestrae non modo festinanter significare, verum etiam totum negotium ad eandem reiicere, vehementer subiectissimeque petens, S. Regia Maiestas Vestra negotia et tractatus Livonienses in memoriam revocare et conditionem hanc gravissimam ac indignissimam dicti Domini Marschalci clementer considerare velit easque rationes inire, quibus et ipsum quam primum sublevet et Dominum Archiepiscopum ex praesenti periculo liberet atque eripiat. In primis autem S. Regia Maiestas Vestra benigne curet, ut Marschalcus, suis nunc sedibus eiectus et rebus omnibus spoliatus, necessariam promissionem [f. 58] habere possit. Et quoniam hoc iniquo tempore et in hac rerum omnium perturbatione quieti et pacata consilia mihi vel in primis probantur, itaque non infrugiferum esse cense-rem, si S. Regia Maiestas Vestra denuo pro Domino Marschalco (ipso tamen prius audito et consulto) intercederet seque pro mediatore inter ipsum et Ordinem offerret. Licet hoc Livonienses non meruerint, nec digni sint tanta clementia ac benevolentia regia, tamen S. Regia Maiestas Vestra pro alma pace constituenda et conservanda hoc oneris meo quidem iudicio recte et laudabiliter suscepit. Non dubito tamen, quin S. Regia Maiestas Vestra cum inclytis suis statibus et consiliariis hanc rem rectius et penitius consideratura rationesque accommodatas inventura sit, quibus huic rei medeatur.

Communicavi autem hoc ipsum negotii cum Magnifico Domino Palatino Marienburgensi⁵⁾, qui hodie hinc ad S. Regiam Maiestatem Vestram proficiscitur, cum eoque varias sermones contuli, quos S. Regia Maiestas Vestra clementer ab ipso percipere dignetur easque extremum rationes inire, ut S. Regia Maiestas Vestra cum subditis suis omnibus et vasallis bona

pace et optata tranquillitate longis temporibus frui queat. Hoc erga S. Regiam Maiestatem Vestram pro debita fide et subiectione mea ubivis promereri summis viribus conabor. Datae Regiomonte.

Princeps audivit.
C. S[ilvius]

- 1) Caspar a Münster.
- 2) Gulielmus.
- 3) Henricus a Galen.

- 4) Gulielmus a Fürstenberg.
- 5) Achatius Czema.

N. 4365.

E Regio Monte, 1.VI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwill, palatino Vlnensi, M.D.L. cancellario,
ex litteris suis ad regem datis (cfr. N. praeced.) eum intellecturum esse scribit,
qui sit rerum Livonicarum status; marscalcum Livoniae [Casparem a
Münster] commendat.*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1530.

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 59.

N. 4366.

E Regio Monte, 2.VI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, Nicolao Radziwill
«Nigro»
marscalcum Ordinis Livoniensis [Casparem a Münster], ad regem nunc accedentem, commendat et rogat, ut «non modo clementer et benigne illum admittat, audiat et clementia regia amplectatur», sed etiam provisionem necessariam ei assignet.*

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 663, El. XL, N. 1531.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 59-60.

N. 4367.

E Regio Monte, 2.VI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro litterarum exhibitoribus non nominatis, subditis regiis, qui se immerenter accusatos et coram rege citatos esse conqueruntur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 60-61.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,

per Achatium Czema ad regem proficiscentem litteras mittit et marscalcum Livoniensem iterum commendat; per eundem palatinum Marienburgensem litteras, mala citrea («sawre pomeranczen») et libellum quendam, in quo omnis generis mirabilia descripta sunt, reginae Catharinae transmittit.

Autogr.

Cfr. El. XLIII, N. 178.

HBA, B, K. 1176.

Geliebter her hofmeister, gancz guter freunde.

Weil zeiger, auch mein guter freundt und gunner¹⁾, zu k.mt. reisen wollen, habe ich seine herlicheit an mein schreiben nicht an euch kumen wollen lassen, wywol ich diser zeit nichts sunderlichs gehabet, alleint wie es dem erlichen guten man, dem hern landmarschalck aus Eiflandt²⁾, gehet, den ich euch auch sunderlich thu befelen und gancz hochlich bitte, das ir bey yme das beste vorwenden wollet bey k.mt., meinem g. herren, und sein erwidrt dinstlichen vordern, und wy er sich den hofpreuchen nach halten moge, berichten lassen. Den wie es gelegenheit mit yme hat, wurt E.H. durch den hern woiwoden allerley bericht bekumen. Und befele den guten erlichen man, den hern marschalck, E.H. auf das trewlichst als mich selbst.

Fur das ander hab ich dem herren woiboden ein briffelein an k.mt., meine gnedi[g]ste frawen³⁾, sambt etzlichen sawren pomeranczen zu uberantworten und ein klein puchlein, darin allerley wunderzeichen durch den fleissigen beschreiber verzeichnet. Des schicke ich euch auch 2 exemplaria, damit ir solcher auch deilhaftig werdet, und bitte euch, wollet mir alle gute herren und gesellen, so meiner im besten gedenccken, freuntlich und sehr grussen, k.mt. auch gancz dinstlichen befelen, wy ir bas zu thun als ich zu schreiben weis. Und weil ich besorg, das der unsonich deufel und new coadiutor des meisters in Eiflandt⁴⁾ nicht nachlassen wurt, mit dem kopf durch dy mawer zu laufen und also meinem lieben bruder, dem erczpischoft⁵⁾, ein hon beweisen, bitte ich gancz hochlich, ir wollet nach gelegenheit, dy ir zu treffen wert wissen, s.k.mt. anhalten und des erindern, was ich euch aus befelich s.k.[mt.] berichdet, und den fleis haben, das s.k.mt. dy gute gelegenheit nicht versewme, und seiner mt. selbst, das s.mt. nit wider zu bringen, den den gelerten ist gut zu bredigen. Befele euch hie mit Gottes gnaden. In eyle Kunigspurgk den 2 Juny anno 1556.

Albrecht der elter etc.

1) *Achatius Czema, pal. Marienburgensis.*

2) *Caspar a Münster.*

3) *regina Catharina.*

4) *Gulielmus a Fürstenberg, coadiutor Henrici a Galen, magistri Ordinis Livoniensis.*

5) *Gulielmus, archiepiscopus Rigensis.*

N. 4369.

S.l., 2.VI.1556.

Albertus dux in Prussia

*Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
pro quibusdam subditis regiis non nominatis, qui ab adversariis eorum iniu-*
stis suspicionibus coram rege delati, innocentiam suam probare cupiunt.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 287-287v.

N. 4370.

S.l., 6.VI.1556.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

Ioannem Hegemonem, regii armamentarii praefectum seu pyxidarium, com-
mendat.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 61-64.

Regi Poloniae, VI Iunii.

Pro Ioanne Hegemone¹⁾, armamentarii regii praefecto, proque eo, quem secum ducit.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

S. Regiam Maiestatem [Vestram] subdite celare non possum, praesentium exhibitorem, Ioannem Hegemonem, S. Regiae Maiestatis Vestrae munitionum praefectum sive pixidarium, superioribus diebus huc advenisse mihi quae inter cetera retulisse, se maximas habere gratias S. Regiae Maiestati Vestrae, quod in numerum servitorum eiusdem mea quidem, ut arbitratur, et opera et commendatione cooptatus et clementi ac liberali stipendio decreto his rationibus fruatur, ne perpetuo continueve aulam S. Regiae Maiestatis Vestrae sequi et labores molestiasque ferre opus sit, sed certis solummodo temporibus vocatus a S. Regia Maiestate Vestra, adesse ac comparere teneatur. Quam quidem tanti Regis liberalitatem et otii sibi concessi commoditatem se maximi beneficii loco, uti revera est, reputare ac vicissim se cogi, non modo conscientia sua dictante, sed etiam pro ea fide, quam S. Regiae Maiestati Vestrae pro summa clementia debeat, ea, quae muneris sui sunt, curae habere deque iis vel in primis sollicitum esse. Nam etsi S. Regia Maiestas Vestra homines et ingenio et experientia claros penes se habeat, qui rebus domi militiaeve gerendis necessaria omnia procurare maxima [f. 62] industria possint, tamen hoc praecipue requiri (si quidem S. Regiae Maiestati Vestrae obiectis subitis casibus, quos Deus clementer tamen avertat, recte, utiliter et cum laude servire debeat), ut armamentarii rationes omnes bene habeat cognitatas et perspectas, ut inde quae, quovis loco et ordine constituenda et tempore necessitatis usurpanda sint, in promptu habeantur. His itaque rebus et officii sui rationibus flagitantibus, se permotum ad S. Regiam Maiestatem Vestram, licet non sit vocatus, proficisci statuisse. Quod ut S. Regiae Maiestati Vestrae nihil molestiae afferat, etiam atque etiam submitte oro. Nam dum pressius rem considero, videtur mihi illius propositum ratione non carere. Et quamquam non dubito, quin S. Regia Maiestas Vestra ipsum, uti fidelem servitorem, et libenter

visura et penes se non gravatim toleratura sit atque etiam in bonam partem clementer illi interpretatura, quod modo ad S. Regiam Maiestatem Vestram non vocatus veniat, tamen eius nomine submissee vehementerque oro, S. Regia Maiestas Vestra ipsum sibi clementer commendatum habere regiaeque benevolentia prosequi velit. Nihil enim dubito, quin summa fidelitate et diligentia pro S. Regiae Maiestatis Vestrae voto et voluntate suum munus, uti decet, recte curaturus sit et cum Iacobo Bretfus aliisque servitoribus S. Regiae Maiestatis Vestrae de rebus necessariis et utilibus amanter collaturus. Ut autem S. Regia Maiestas Vestra artem et experientiam eius eo melius animadvertat, exhibiturus est S. Regiae Maiestati Vestrae librum quendam, non contemnendis experimentis a se conscriptum et compositum, cuius mihi quoque exemplar obtulit. Quem ut S. Regia Maiestas Vestra clementer acceptare eoque maiore gratia auctorem libri fovere dignetur, etiam atque etiam subiectissime oro.

Praeterea S. Regia Maiestas Vestra haud dubie tenet memoria, quale responsum Reverendi et Magnifici Domini legati, Illustrissimam [f. 63] sororem S. Regiae Maiestatis Vestrae superiore tempore in Germaniam deducentes²⁾ et dicti pixidarii causa, ut bonis suis restitueretur, intercedentes, ab Illustrissimo Domino Henrico Duce Brunsvicensi retulerint. Quod quidem responsum cum sit eiusmodi, ut appareat S. Regiae Maiestatis Vestrae intercessionem tunc temporis parum ponderis habuisse, itaque S. Regiam Maiestatem Vestram iterum vehementer ac submissee oro, ut denuo commoditate oblata apud Illustrissimum Ducem Henricum regia sua auctoritate ita intercedat, ut S. Regiae Maiestatis Vestrae pixidarius bona sua, quibus violenter et indigne exutus est, recuperet. Ac si forte ea bona, uti credibile est, aliis in possessionem tradita sunt, ut Sua Celsitudo possessoribus alia ratione satisfaciat huncque suis tandem bonis, uti aequum est, restituat. Petit quoque subiectissime, si quid vel literis vel rumoribus ad S. Regiam Maiestatem Vestram de sua persona clam palamve tum a dicto Illustrissimo Duce, tum ab aliis suis malevolis perferri contingat, S. Regia Maiestas Vestra clementer illi significare et defensionem legitimam ad se purgandum concedere dignetur, paratus et iudicio et cognitioni S. Regiae Maiestatis Vestrae in omnibus [se] subiicere.

Postremo quoniam S. Regia Maiestas Vestra illi iniunxit, et officii quoque sui ratio exigit, ut homines ac idoneos conquirat, quibus armamentarii cura et custodia recte committatur, itaque nunc quandam secum adducit, quem pro custode armamentarii acceptavit. Is S. Regiae Maiestati Vestrae non modo armamentarium disponere et custodire novit, verum etiam S. Regia Maiestas Vestra ipso uti poterit ad arma tormentave fabricanda, ad pulverem bombardicum conficiendum et salem nitri praeparandum. Cum igitur talium hominum opera S. Regia Maiestas Vestra vel in primis indigeat, summopere ac enixe oro, ut ipsum in numerum servitorum recipiat dignumque illi stipendium decernat, quo S. Regiae [f. 64] Maiestati Vestrae utiliter serviat et alii hoc exemplo alliciantur. Hoc S. Regiae Maiestati Vestrae non exiguum emolumentum et commodum afferet. Ego autem subditis studiis et debitis obsequiis ubivis promerebor etc.

C. S[ilvius]

1) *Germanice: Hertzog*

2) *Ioannes Drohojowski, ep. Cuiaviensis, Erasmus Kretkowski, cast. Gnesnensis, Andreas Fricius Modrzewski, secr. regius, et alii, qui reginulam Sophiam mense Februario Guelferhytum (Wolfsbüttel) ad nuptias cum Henrico duce Brunsvicensi celebrandas deduxerunt.*

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwiłł, palatino Vilmensi, M.D.L. cancellario,
rogat, ut regem hortetur, quo causam archiepiscopi Rigensis armis defendat.*

Cfr. El. XL, NN. 1533, 1534.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 64-66.

Duci in Olike, VI Iunii.

Petit, ut apud S. Regiam Maiestatem instet de sublevando Domino Archiepiscopo Rigensi¹⁾ et ut suis expeditionem imperet.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Illustritatis Vestrae literas cum adiunctis Magistri Livoniensis²⁾ et Furstenbergii³⁾ literarum exemplaribus accepimus. Quae duplici nomine fuerunt gratissimae, cum quod Illustritas Vestra Reverendissimi et Illustris Archiepiscopi Rigensis et Ducis Megapolensis⁴⁾ literas citis itineribus ad nos perferendas curavit, nobisque ea, quae de statu Livonico ad illam pervenerunt, communicat, tum quod suam qua cepit fide et studio operam in eodem negotio Livonico porro defert atque benevole adeo in se ultro recipit. Quid autem uterque Princeps ad nos scripserit, ex literis, quas cum his ad S. Regiam Maiestatem mittimus, Illustritas Vestra cognoscet. Quoniam vero Illustritates illarum in tanto periculo versantur, ut nisi ope et consilio et defensione S. Regiae Maiestatis iuventur, levare eo nequeant, amice et fraterne Illustritatem Vestram oratam habemus, ut quod facere illam scimus, apud S. Regiam Maiestatem instet, ut si consilio (quod rebus sic iam stantibus serum nobis nunc videtur) pericula averti non possint, legitima S. Regiae Maiestatis defensione reprimantur. Expedire ad hoc arbitramur, [f. 65] si S. Regia Maiestas in omnem eventum suos istic in armis esse atque ad expeditionem accingi iuberet. Neque enim tam diu praestolandum, donec hostis in limine sit vel hostem se esse denuntiet. In tantis enim non raro eiusmodi cunctationes nocuerunt. Nec fucatis coloribus Ordinis fidendum, qui ut minime fortassis sibi metuit, ita maxime metuere simulare potest. Id quod Magister Ordinis et Furstenbergius in suis literis non obscure innuere videntur, ubi de iniuriis finitimorum subditorum queruntur. Et quod rebus suis ideo prospiciant, ut insidias, vim et tela inimicorum salutis et libertatis suae ergo propulsent.

Solet eiusmodi rebus ratio plerumque talis affingi et praetexi, ut adversarius eo reddatur securior. Sicut Illustritatem Vestram illa secum reputare atque aliorum exemplo praecognita habere non dubitamus. Itaque omnino nobis persuademus Illustritatem Vestram, quo est praedita ingenio, rebus hisce provide consulturam daturamque operam, ut S. Regia Maiestas haec non tantum ad Magni Ducatus consiliarios, se ad ordines quoque Regni referat, illisque periculi magnitudinem exponat, arma in casum necessitatis imperet doceatque, quo in periculo provinciae et dominia S. Regiae Maiestatis, imo et maxima Regni pars, futura sint, si hostis in Livonia superior factus fuerit. Nec suspicione carere, quod Duneburgensis⁵⁾ in Germania, procul dubio Magistri Generalis⁶⁾ opera, militem conscribat. Tanti enim sumptus armorumque apparatus non ad defensionem tantum impendi, sed alio respicere videntur. Meminimus enim consiliorum similium, quae antea eo quoque colore in has Prussiae terras destinata fue-

runt, quandoquidem hosti ad invadendas has terras commodior fenestra quam per Livoniam non patet. Quam ob rem harum rerum curam et sollicitudinem Illustritati Vestrae [f. 66] etiam atque etiam commendamus. Quae ut singulari in Rempublicam S. Regiae Maiestatis amore et studio propendet, ita illam saluti quoque et incolumitati eorum, qui vel in fide S. Regiae Maiestatis, vel sanguine eius Maiestati coniuncti sunt, favere non dubitamus. Deus Optimus Maximus pios illustritatis Vestrae conatus adiuvet secundetque ac adversariorum insidias frangat etc. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

- 1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*
- 2) *Henricus a Galen.*
- 3) *Gulielmus a Fürstenberg, coadiutor magistri Livoniae.*
- 4) *Christophorus, coadiutor Rigensis.*
- 5) *Gottardus Kettler, commendator Dunaburgensis.*
- 6) *Volfgangus Schutzbar, magister generalis Ordinis Theutonicorum.*

N. 4372.

S.l., 9.VI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarto, magistro curiae reginae Catharinae,
pro Ioanne Zitwitz, marchionis Alberti iunioris rothmagistro, rogat, ut negotium eius regi ita commendet, quo bona Carthaus [Kartuzy] prope Gedanium sita, ubi sex monachi senes adhuc supersunt, instar officii vel pro pecunia («amptsweise oder umb ein gelt») consequi possit, superstitem monachorum victum in se suscepturus.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 287v-288.*

N. 4373.

S.l., 9.VI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Erhardo a Kunheim
rogat, ut negotium Christophori Ottendorff, subditi sui, apud regem promoveat, quo privilegium immunitatis a teloneis consequi possit.
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 45, f. 288v.*

N. 4374.

E Regio Monte, 10.VI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
nobilem virum Lassota [Stanislaum Lasota, secretarium regium, succamerarium Lublinensem?], a Bohemiae rege [Ferdinando I] et episcopo Varmiensi [Stanislaos Hosio] sibi commendatum, commendat.
(Laudat)
Ostpr. Fol., vol. 55, f. 65.*

N. 4375.

E Regio Monte, 13.VI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
rogat, ut palatino Marienburgensi [Achatio Czema] de re monetaria (scil. de
damnis et incommodis ex usitatae monetae evectione et externa importatione manantibus) cum rege acturo fidem habeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 67.

N. 4376.

E Regio Monte, 16.VI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwiłł, palatino Vilmensi, M.D.L. cancellario,
de ingenti exercitu a Livoniensibus et magistro Ordinis Theutonicorum con-
scribendo et de eorum conatibus.*

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 67-68.

Duci in Olika, XVI Iunii.

Nuntiat exercitum a Livoniensibus et Magistro generali Teutonicorum¹⁾ in Germania conscribi.

Illustris Princeps, Amice et Frater nobis perchare.

Latere Illustritatem Vestram nolumus, accepisse nos literas ex Lubeca ab homine fide digno, in quibus nobis nuntiatur non modo Livonienses, sed generalem Teutonici in Germania Ordinis Magistrum ingentem conscribere exercitum eo praetextu, quod contra Moschum Livoniensibus auxilio esse debeant. Is vero, qui eas ad nos literas dedit, rem aliter se habere affirmat. Scribit enim sibi a quodam suorum intimorum, qui pro aliquot equitum ductore stipendio Ordinis conductus est, quasi in aurem [f. 68] dictum esse eum exercitum ad recuperandas totius Prussiae terras, sicut antea illas Ordo tenuisset, colligi. Ad hoc destinatas esse quattuor militum copias, quarum singulae continerent quindecim vexilla, et alteram illarum partem esse Inferioris, alteram Superioris Germaniae homines. Equites autem mille tantum et quingentos adhuc conscriptos esse, eosque levis armaturae, dari autem ductoribus ad plures acceptandos satis larga stipendia etc.

Haec cum ab homine non levis fidei nobis significata sint, perscribenda ad Illustritatem Vestram esse putavimus. Quam amice et fraterne oratam habemus, ut ad S. Regiam Maiestatem eadem referat, moneatque et hortetur sedulo, ut S. Regia Maiestas procul omni cunctatione rationibus suis tam in Poloniae Regno, quam Magno Lithuaniae Ducatu aliisque Maiestatis Suae terris omnibus invigilet, ne imparatos hostis nos opprimat. Deinde ut Maiestas S. Regia per literas vel nuntium cum Serenissimo Romanorum Rege²⁾ et Illustri Domino Duce Brunsvicensi³⁾ aliisque Germaniae Principibus, necessitudine sibi devinctis, primo quoque tempore ad dissipandas illas copias et impediendos Ordinis conatus agat. Quae res ut pernecessaria est, ita sedulo ab Illustritate Vestra curatum iri non dubita-

mus. Factura Illustritas Vestra et sibi et nobis omnibus, S. Regiae Maiestatis subditis, utilitati et commodo. Nos vero studium hoc Illustritatis Vestrae amice ac fraterne demereri conabimur. Datae Regiomonti.

- 1) *Volfgangus Schutzbar.*
- 2) *Ferdinandus I.*
- 3) *Henricus.*

A. M[untzer]

N. 4377.

S.l., 19.VI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Bernardo Pretwicz, capitaneo Trembovlensi,
fratre suo Gulielmo, archiepiscopo Rigensi, ab Ordine Livoniensi hostiliter
invaso, rogat, ut cum 200 aut 300 equitibus levis armaturae sibi et fratri
suo in auxilium in Lithuaniam veniat.*

(Germanice)

Cfr. *El. L, NN. 568, 569.*

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 289-289v.

N. 4378.

E Regio Monte, 20.VI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
rogat, ut Erhardo a Kunheim nomine suo quaedam ei relatuero fidem habeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 69.

N. 4379.

E Regio Monte, 20.VI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
rogat, ut Erhardo a Kunheim, cum quibusdam mandatis ad regem misso, ei
quoque nomine suo quaedam relatuero, plenam fidem adhibeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 70-71.

N. 4380.

E Regio Monte, 20.VI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Przerembski, R.P. cancellario,
Erhardum a Kunheim ex Livonia reversum et ad regem redeuntem, cui negotia
quaedam apud regem conficienda se commisisse nuntiat, commendat et
petit, ut in talibus negotiis bene expediendis ei adesse velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 71.

Albertus dux in Prussia

Gabrielis Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae, pro litteris et novis Livonicis sibi missis gratias agit; de episcopo Samogitiae legato ad Ordinem Livoniensem nominato gaudet; rogat, ut regi hortator sit, ut fratri suo, archiepiscopo Rigensi, in auxilium veniat, nec contumeliam sibi illatam (captivitatem oratoris regii, Casparis Łacki) inultam esse patiatur.

Autogr.

Cfr. El. XLIII, N. 178.

HBA, B, K. 1176.

Geliebter freunt Derle.

Den 18 kumb mihr ewer schreiben, daraus ich verstanden, wes des herren marschals¹⁾ und eifflendischen handels halber fur bedencken furgefallen und wy es itzundt durch practicen und anschlege fur ein gestalt, und das ir euch dy sachen, wo es vonnoten zu vordern, euch von meinentwegen wolt lassen befolen sein. Des alles thue ich mich kegen euch gancz hochlichen, auch der newen zeitung, trewlich bedancken und zweifel an ewerm guten willen gar nichts, wil auch alles umb euch und das ir sein erwirden durch eweren diner mit ewerm erbiten trosten wolt, neben ym gutwillich beschulden. Kan auch wol dencken, weil ir mihr, ehe dy potschafter wider ankumen, nichts sunders zuschreiben. Ir werdet nun mehr erfahren haben als zuvohr verhofflich.

Bin auch erfrewet, das k.mt. dem von Sameiten²⁾ solchen scharpfer befelich auferleget, dardurch dy ordnischen, sunderlich der coadiutor³⁾, etwas hiryn zu bedencken. Weil aber leider dis von ynen allen dahin sihet, wy ir nun mehr vernumen und euch zeiger dises weiter berichten wurt, k.mt. auch so geringscheczig geachtet, s.mt. gesanter⁴⁾ an meinen bruder⁵⁾ gefangen, geschlagen, hart ferwunt und etzlich diner thot pliben, dardurch k.mt. von ynen der frid geprochen; auch uber k.mt. gnedige unterhandlung meinem bruder dy feindes briffe zugeschicket und fileicht auch bereit, wy man saget, belagert, k.mt. so schimpflich, wy dy antwort lauter den botschafter abgefertigt und gleich schimpflich horen lassen, k.mt. werde den frid nicht prechen etc.; auch offentlich sagen, k.mt. werde nichts anfahren, den si wollen wol weg finden.

Ir auch von practicken schreiben thut, dardurch dem marschalck sein handel, darauf ichs verstehe, fileicht dermassen unterpawet. Bin ich verursacht, disen zeiger an s.k.mt. neben Branten abzufertigen, s.k.mt. in selbst zu ehren, mir und meinem bruder zu notdorft dinstlichen anzulangen, wy ir von zeiger berichtet werden solt. Und ist nun an dem, das kein ander rat, alleint hilfe wil sein und gesehen das eilich dem stolcze und dem, so der Orden lang mit swinger gangen geweret werde. Und bitte zum hogsten, als ein freunt den ander bitten sol und kan, thut nun ewern fleisch bey k.mt., das wir s.k.mt. diner und freunde, und also zuvorderst s.k.mt. sich selbst nicht ver- [p. 2] lasse und meinen bruder, der umb s.k.mt., wy euch aus meinem bericht, den ich euch auf befelich k.mt., da ir bey mihr gewesen, entdeckt, auch wider aus der burden kumen moge, andre auch k.mt. mehr zu dinen verursacht und k.mt. nicht also verachtet und geringscheczig gehalten werde, das darzu gethon, das diser hon und spot k.mt. boten

bezeigt nicht ungerochen und der Orden sehe, das sich k.mt. vor in nicht forchte; auch den begangnen handel mit s.mt. boten bey den Eifflendern und so s.k.mt. an ro.k.mt.⁶⁾ schreiben werden, wy ich hoch notig achte, weil es wider ius genczium und aller geprauch, auch dy botschafter gefreyet, wol ausgestrichen werde und zum hogsten besweret, und mein lieber bruder entsezet, den nun ist dy not vor der thur, das k.mt. auch nunmehr mit der dat darzu thue, keine menschen durchbassiren lasse, und mihr auch nicht verbitte, und auf allen strassen zusehen lasse, das kein frembd mensch, so nicht bekant, durchgelassen etc. Und thut nun mehr als ein trewer rat und diner bey k.mt., meinem lieben bruder und mihr, den hat ir ewer leben langk dinen kunnen. So ist nun vonnoten, domit ich euch dem lieben Got trewlich und darnach mich und meinen bruder thu befelen und wil warten auf alles guter antwort, wy sich auch allenthalben dy hendel mihr vertrawet erzeigen werden. Datis in eyle zum Newenhaus den 20 Juny zu 4 ura anno 1556.

Der elter marggraff etc.

In dorso alia manu: Dem edlen und ernvesten, unserm besondern lieben Gabrieln Derla, k.mt. zu Polan etc. hoffmeister, castellan zu Radom und heuptman uff Chelm.

1) Caspar a Münster, marscalcus Livoniae.

4) Caspar Łącki (a. 1556 in Livonia interfectus).

2) Ioannes Domanowski, episcopus Samogitiae.

5) Gulielmus archiepiscopus Rigensis.

3) Gulielmus a Fürstenberg, coadiutor Henrici a Galen, magistri Livoniae.

6) Ferdinandus I.

N. 4382.

Albertus dux in Prussia

E Regio Monte, 21.VI.1556.

Alexandro Itowski, castellano Visnensi,

nuntiat se praefectis suis mandasse, ut vigore recessus, qui cum rege et commissariis suis ante aliquot annos de subditis profugis constitutus est, subditos ipsius profugos ei liberos extraderent.

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1532.

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 72.

N. 4383.

Albertus dux in Prussia

E Regio Monte, 23.VI.1556.

Ioanni Przerembski, R.P. vicecancellario,

rogat, ut regi hortator sit ad liberandum fratrem suum, archiepiscopum Rigensem, et negotia Assuero Brandt commissa expediri iuvet.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 72-73.

Ioanni Przeremski, vicecancellario, XXIII Iunii.

Petit, ut mandata, quibus praeest Assuerus Brandt, apud S. Regiam Maiestatem iuvet, sibi que adiungat Dominum Palatinum Vilmensem¹⁾.

Reverende ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Quos nuntius noster, Generosus Assuerus Brandt, cum Reverenda Generositate Vestra sermones de negotio Livonico habuerit, hos ille per literas nobis suas luculenter perscripsit. Cumque ex iisdem intelligamus curae esse Reverendae Generositati Vestrae ea, quae a nobis petuntur, eas,

quas ei debemus, gratias agimus, certo nobis [f. 73] persuadentes porro etiam Reverendam Generositatem Vestram iis negotiis iuvandis operam suam perlubenter navaturam esse. Quia vero inter cetera et illud ex sermonibus Reverendae Generositatis Vestrae unum fuisse cognovimus, quod S. Regiae Maiestati difficilis futura esset defensio vel in Livonienses expeditio, propterea quod et Moschos et Scithas hostes haberet, quorum alter genti Lithuanicae, alter a Polonis arcendus esset, nos quidem etsi hoc intellecto in varias cogitationes trahebamur, nihil tamen minus dubitamus, quam S. Regiam Maiestatem promissorum clementer memorem fore atque nunc tandem Reverendissimum Dominum Archiepiscopum²⁾ in extremo periculo constitutum nequiquam deserturam. Quandoquidem S. Regiam Maiestatem eius esse potentiae scimus, ut non modo uni atque altero^{z)} hosti resistere, sed vires etiam suas in plures convertere possit. Itaque Reverendam Generositatem Vestram amice petimus, ut S. Regiae Maiestati hortator sit ad liberandum Reverendissimum fratrem nostrum. Meminit enim, quid in Rudniki promiserit.

Quoniam autem nuntio nostro Assuero Brandt mandavimus, ut in hoc negotio consilio et opera Reverendae Generositatis Vestrae uteretur, petimus, ut adiutor ei apud S. Regiam Maiestatem ad impetranda ea, quae a nobis petuntur, esse dignetur. Rogatus etiam nobis est Magnificus Dominus Palatinus Marienburgensis³⁾, ut et is, coniuncta cum Reverenda Generositate Vestra opera, his negotiis consulat. Eum Palatinum ut Reverenda Generositas Vestra commendatum quoque sibi in privatis et publicis negotiis habeat, maiorem quo possumus in modum oramus. Meretur enim illud eius viri virtus et multis ab annis S. Regiae Maiestati probata fides. Quae ut Reverendae Generositati Vestrae non incognita sunt, ita non dubitamus illam, etiam nobis non petentibus, eum virum benevolentia et favore suo prosequuturam. Quicquid enim in eum contulerit, id quasi in nos collatum reputaturi sumus. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

z) sic in ms.

2) Gulielmus archiepiscopus Rigensis.

1) Nicolaus Radziwiłł «Niger» (in litteris tamen sermo est de palatino Marienburgensi, Achatio Czema).

3) Achatius Czema.

N. 4384.

E Regio Monte, 23.VI.1556.

Albertus dux in Prussia

episcopo Samogitiae [Ioanni Domanowski]

rogat, ut Assuero Brandt, capitaneo Tapiensi, nuntio suo ad regem misso, qui ipsum quoque nomine suo salutaturus est, fidem habeat.

(Sub textu: Mutatis mutandis scriptum est:

Episcopo Vilmensi [Valeriano Protasewicz]

Episcopo Kyowiensi [Ioanni Andruszewicz]

Palatino Trocensi [Nicolao Radziwiłł «Rufo»]

Hieronymo Cotkowitz [castellano Trocensi]

Iwano Hornostaj [palatino Novogrodensi]

Gregorio Cotkowitz [palatino Kioviensi]

Item drei Magnificis one uberschrift auffn vorsorge).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 74.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Ostroróg, castellano Międzyrzecensi, et aliis rogat, ut exercitum mittat ad liberandum fratrem suum, archiepiscopum Rigensem.

(Schedula: credentiales pro Ioanne Zborowski, aulico suo).

Cfr. El. XL, NN. 1535, 1537, 1539, 1540.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 75-76.

Stanislao Ostrorock, Iacobo Ostrorock, Comitibus de Gorka, Martino Sborowski, Tantzin, Tomitzki mutatis mutandis scriptum est, XXIII Iunii.

Petit centum equitibus succurri sibi ad liberandum Dominum Archiepiscopum Rigensem¹⁾.

Magnifice et Generose, Amice nobis perchare.

Latere Magnificentiam Vestram nolumus Magistrum²⁾ et Ordinem Livoniensem ad labefactanda iura et privilegia Reverendissimi Archiepiscopi Rigensis, fratris nobis charissimi, non modo in armis iam esse, sed obsidione eius Illustritatem in arce Kokenhausen cinxisse. Quia vero eo in periculo frater nobis non deserendus videtur, certumque nobis est Magnificentiam Vestram non tantum eum Illustritatis Suae statum aequae ac nos dolere, verum etiam perlibenter eius Illustritati auxilia laturam, itaque ad Magnificentiam Vestram hoc nomine scribendum esse putavimus. Quam pro singulari benevolentia sua, toties nobis ultro delata, tametsi et illam multis iam argumentis in nos contestata sit, amice petimus, ut Magnificentia Vestra cum armatis equitibus centum in spatium saltem unius quadrantis anni ad liberandum Reverendissimum fratrem nostrum operam nobis honorariam navare ac citissime hunc suum exercitum ad nos mittere non gravetur. Nos vicissim [f. 76] studium hoc Magnificentiae Vestrae quovis benevolentiae genere demereri immemores erga illam nunquam erimus, ipse autem Reverendissimus frater noster, pristino statui redditus, suam quoque Magnificentiae Vestrae gratitudinem declarare non intermitet. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

Cedula in das²⁾ Sborowsken brief und ins Tharnau.

Petit Ioanni Sborowsky fidem haberi.

Cum has ad Illustritatem Vestram literas per tabellionem mittere constituissemus, mutavimus animum atque illas aulico nostro, Generoso Ioanni Sborowski, ad Illustritatem Vestram perferendas dedimus. Cui etiam mandavimus, ut in exhibitione earum literarum praeterea nostro nomine verba ad Illustritatem Vestram faceret. Eum ut Illustritas Vestra benigne audiat fidemque ei habeat ac se nobis benevolam praebat, etiam atque etiam petimus. Nos quovis officiorum genere id demereri studebimus. Datum ut in literis.

z) sic in ms.

1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*

2) *Henricus a Galen.*

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwitt, palatino Vilmensi, M.D.L. cancellario,
de occisione Casparis Łacki, servitoris eius et legati regis in Livoniam missi
ibique interfecti, dolet; rogat, ut regem hortetur, quo ad liberandum
archiepiscopum Rigensem et mortem legati ulciscendam arma sumat.*

Cfr. El. XL, N. 1533.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 77-79.

Duci in Olika, XXIII Iunii.

Dolet interitum Lunski¹⁾ petitque, ut S. Regiae Maiestati hortator sit ad sumenda pro liberando Domino Archiepiscopo²⁾ et vindicando Domino Lunski arma.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Quam dolenter acceperimus generosi et industrii hominis, Domini Lunski, servitoris Illustritatis Vestrae, interitum, dici vix potest. Ita etiam, ut non minus is nobis casus acerbus sit, ac si frater nobis germanus interemptus esset. Praeterquam enim quod charus nobis erat, ingeniosum, fidem et favore dignum cognovimus, itaque non potest non eius mors nobis cum Illustritate Vestra maerori esse. Quia vero et de eodem perlata ad nos sunt pleraque, diversa tamen et fere pugnancia cum iis, quae ad Illustritatem Vestram perscripta sunt, spes est non ita tristia fore omnia. Nuntiatum enim nobis est, duobus ex ministris illius trucidatis, ipsum accepto vulnere captivum ad castrum quoddam Ordinis ductum esse ibique detineri. Utut autem se res habet, cedere tamen id omne in maximum S. Regiae Maiestatis vilipendium et dignitatis regiae contemptum existimamus. Inde enim manifestum est, quanti Maiestas Regia fiat apud Livonienses. Quos cum talia in ministros exercere non erubescant, maiora etiam conari facilis iudicii est, ut eam iniuriam, cum enormi S. Regiae Maiestatis contumelia coniunctam, nullo modo ferendam arbitramur. Ad quam quidem vindicandam, ut facile S. Regiam Maiestatem rationes inventuram non dubitamus, ita quod nostrarum erit partium, desiderari in nobis quoque nihil patiemur.

Ac nunc quidem Maiestas Regia intelligit, quidnam animi Livoniensibus, quidve inde boni aut pacati tam S. Regiae Maiestati, quam nobis sperandum sit. Meminimus enim ea, quae nunc contra Reverendissimum fratrem nostrum aguntur, speciem saltem eorum referre, quae eodem consilio multis iam [f. 78] ab annis callide deliberata sunt. Quorum ea est intentio, ut Reverendissimo Domino Archiepiscopo vel eiecto vel subiugato depressove, ad recuperandas Prussiae terras facilem et expeditam viam habeant. Ac non ita pridem bis mille equites eam ad rem collectos, solius autem Dei beneficio conatus Ordinis eo tempore impeditos fuisse scimus. Neque obscurum S. Regiae Maiestati esse arbitramur, quid audaciae Furstenbergius³⁾ etiam non lacessitus, sed temerario quodam ausu impulsus in terras Maiestatis Regiae sibi sumpserit, ut nunc furore quasi accensum maius quiddam ausurum non dubitandum sit.

Itaque Illustritatem Vestram, si alias unquam, nunc et amice et fraterne oratam habemus, ut rationibus, quibuscumque potest, S. Regiam Maiestatem ad capessenda arma permoveat, quibus et servitor Illustritatis

Vestrae vindicari et Reverendissimus Archiepiscopus liberari possit, quandoquidem postremum illud S. Regiam Maiestatem aliquoties promississe meminimus. Neque caedem servitoris Illustritatis Vestrae ita impune latu-ram arbitramur, utque nunc S. Regia Maiestas edat specimen magno et heroico Rege dignum, qui neque minis adversariorum frangatur suumque animum demittat, sed se suorumque iniuriam ulcisci et velle et posse ostendat. Quae omnia Illustritatem Vestram multo dexterius ac maiore prudentia apud S. Regiam Maiestatem confecturam esse certo nobis persuademus. Luculentius autem de his cum Illustritate Vestra acturus est nobilis Assuerus Brandt, quem coram illa referre maluimus, quam ut Illustritati Vestrae longae epistolae lectione molesti essemus.

Ad extremum Illustritatem Vestram pro eo, quod nobis cum illa intercedit, amoris vinculo, amice ac fraterne petimus, [f. 79] ut ne in summo periculo fratrem nostrum deseri nunc patiatur, sed ad S. Regiam Maiestatem et Reipublicae et nostro nomine diligenter agat, ut S. Regia Maiestas Sua actorum in Kropiski⁴⁾ et nuper promissorum in Rudniki clementer meminisse seque tandem, uti archiepiscopatus illius verum et legitimum tutorem decet, exhibere clementer et sine mora longiore, quae his rebus plerumque nociva esse solet, dignetur. Factura Illustritas Vestra non tam ex dignitate S. Regiae Maiestatis, cuius nunc res agitur, paries dum proximus ardet, sed se, uti magno heroe ac in tanta authoritate apud S. Regiam Maiestatem constituto, dignissimum. Quod nos quoque fortunis nostris omnibus demereri immemores nunquam erimus. Cupimus tandem etc. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

1) Caspar Łącki.

2) Gulielmus archiepiscopus Rigensis.

3) Gulielmus a Fürstenberg, coadiutor magistri Livoniensis.

4) Krupiszki, locus prope Ragnetam, ubi mense Iunio 1552 a. dux Albertus cum rege convenit, praesente Achatio Czema, palatino Marienburgensi.

N. 4387.

E Regio Monte, 24.VI.1556.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Trocensi,

pro fratre suo Gulielmo, archiepiscopo Rigensi, et eius coadiutore, Christophoro duce Megapolensi, intercedit et rogat, ut regem hortetur, quo ad liberandum archiepiscopum «et equestres et pedestres copias ad limites quam primum ire iubeat».

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1538.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 69-70.

N. 4388.

E Regio Monte, 24.VI.1556.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Vilmensi, M.D.L. cancellario,

litteras eius, quibus Ioannem Maletium [Malecki], typographum, ad opus typographicum in triennium sibi concedi petiverat, se accepisse nuntiat et

respondet se eidem Maletio facultatem fecisse, ut per triennii decursum operam suam ei navaret «ac nihilominus parochiam suam, in qua pastorem nunc agit, relicto in ea aliquo vices eius tenente, interim obtineat».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 79-80.

N. 4389.

E Regio Monte, 26.VI.1556.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Skaszewski, capitaneo in Kroze,

pro animo in fratrem suum Gulielmum, archiepiscopum Rigensem, benevolo gratias agit et, posteaquam rex «per Samogithiam ad arma conclamari iussit», rogat, ut eidem fratri suo ita adesse velit, «ut coactis celerrime copiis in Livoniam fiat impetus et irruptio, utque per occasionem depulsis ab obsidione hostibus frater noster cum suis eliberetur».

(Sub textu: Mutatis mutandis Petro Oborski et Nicolao Maskowski, capitaneo in Magno Schavla, haec appendix:

Porro autem, cum Generositas Vestra tam prope ad fines Livoniae degat, ut armorum strepitum audire propemodum queat, etiam atque etiam clementer petimus, Generositas Vestra speculatores hac illac emittere subinde velit, qui Livoniensium practicas et conatus non modo in obsidione arcis Kokenhausen, sed aliis quoque in locis, quantum fieri potest, diligenter perscrutentur et investigent, quantum hostium sit, quid munitio- num, quid consilii habeant, quo cogitent, nobisque, quantum nostra referre Generositas Vestra arbitrabitur, accurate perscribat, easque literas Ragne- tam, quae arx in finibus Lithuaniae sita est, mittat, unde nobis porro per- ferri celeriter iussimus. Fecerit quoque Generositas Vestra operae pretium, si primo quoque tempore, ubi S. Regia Maiestas ad arma vocaverit, cum suis equitibus in promptu et procinctu sit et celerrime fratri nostro, obsi- dione in Kokenhausen cincto, subveniat ac inter primos sit, qui impetum in hostes faciant. Datum ut in literis.)

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 80-81.

N. 4390.

E Regio Monte, 26.VI.1556.

Albertus dux in Prussia

regi Galliae [Henrico II]

pro Gotschalco Kemlingrad, qui «cum a quibusdam Hispanis, Portugalensi- bus et Longobardis, quibus navem suam bene instructam, cum magni pretii mercibus, elapsis aliquot annis certo contractu facto et accepta cautione literarum consueta credidit, flagitiose deceptus, circumventus atque adeo tota sua substantia exutus sit», rogat, ut «misero huic viro et consilio et auxilio clementer adesse velit ac iuvare», quo ab adversa- riis suis debitam compensationem et satisfactionem obtineat; similiter petit, ut eundem Kemlingrad contra Hollandos quosdam adiuvet, qui

navem eius, munitionibus-et commeatu bene instructam, magna violentia adorti, «non modo omnem munitionem bellicam cum toto commeatu et instrumento nautico vi ablatam rapuerunt, verum etiam nave incensa et exusta homines in ea comprehensos crudelissime et immanissime trucidarunt».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 82-83.

N. 4391.

Albertus dux in Prussia

E Regio Monte, 28.VI.1556.

Sigismundo Augusto regi Poloniae

de magnis in Germania et tota fere Europa motibus et armorum apparatus; de conatibus Ordinis Theutonicorum; de necessitate in Polonia in omnem eventum arma in procinctu habendi; de viis et modis adversariorum molimina frangendi.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 84-87.

Regi Poloniae, XXVIII.

Scribit in Germania omnia bellis perstreperere. Item quid Livonienses conentur et quid ad conatus illorum frangendos expedire ducat.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Quis rerum in Germania et maxima parte Europae status sit, S. Regia Vestra Maiestas ex charta hisce adiuncta cognoscet. Inde cum S. Regia Vestra Maiestas intelligat magnos ubique motus et armorum apparatus esse, neque tamen sciri possit, quorsum evasuri sint, referre in primis arbitrator, ut S. Regia Vestra Maiestas, aequae ac alii magni Principes, rerum quoque suarum in Poloniae Regno satagat probeque invigilet, ne si Ordo Teutonicus in Germania, ut nunc sunt hominum ingenia callida, aliquid tecti machinaretur, ex improviso his terris damnum detur. Per necessarium itaque iudico, ut S. Regia Vestra Maiestas in omnem eventum Poloniae Regnum in armis et procinctu esse iubeat, praesidia in terras Prussiae, praecipue autem Marieburgum et Gedanum colloquet, ad Pomeraniae Duces et Marchiones Brandenburgenses scribat, ut si Ordinis Teutonici in Germania Magistrum¹⁾ moliri aliquid animadvertant, id non modo pro se, quantum possunt, impediunt, sed ne transitum ei ullo modo per terras ipsorum concedant. Ego, quod mearum est partium, idem apud cognatos meos et sanguine iunctos agam, item subditos meos in officio ita continebo, ut eo facilius omne periculum evitari queat. [f. 85] Promittatque S. Regia Maiestas Vestra, ubi de periculo certior facta fuerit, velle se tempore necessitatis aliquot millia equitum ad reprimendum hostem Pomeraniae Ducibus et Marchionibus auxilio mittere. Probe enim S. Regia Vestra Maiestas intelligit, praestare hostem in solo alieno aggredi et a limite arceri, quam in terris ipsis grassantem compescere et conficere. Itaque non dubito S. Regiam Vestram Maiestatem suis rationibus et recte et apposite consulturam esse.

Ceterum quandoquidem S. Regia Vestra Maiestas clementer in Rudnici promisit velle se vel per literas, vel per nuntium cum Serenissimo Romanorum Rege²⁾ agere, ut eius Serenitas cum Illustri Domino Duce Iuliacensi³⁾ in negotio Livonico mediatoris partes susciperet, deinde et consensum Summi Pontificis⁴⁾ ad electionem Ducis Megapolensis⁵⁾ petituram esse, duxi et eo nomine S. Regiam Vestram Maiestatem, alioqui negotiorum multitudine occupatissimam, submonendam esse, ut ne eorum obli-

sceretur. Quibus in rebus ut S. Regia Maiestas Vestra pernecessarium factura est, ita in demerendo meo, quicquid in me est, desiderari non patiar.

Ceterum S. Regiam Maiestatem Vestram subdite celare non possum, his diebus ad me perscriptum esse Livonienses circumcirca ad fines Magni Ducatus Lithuaniae stabula et mansiones aedificandas curare, videlicet in loco Granden, qui XVII miliaribus a castro meo Memela abest, ad equos 500, in Gramsden ad equos 800, in Rutzei ad equos 300 et in Heiligenau, qui locus ab hoc meo Ducatu quinque tantummodo miliaribus distat, ad equos 400. Quare, si haec ita se habent, consultum mihi omnino videtur, ut S. Regia Vestra Maiestas per certos speculatores harum terrarum omnium certior prius facta, turmas aliquot [f. 86] equitibus subornet, qui hostes de improviso et nihil tale suspicantes, pro occasione oblata, sive diu sive noctu invadant, opprimant aut in fugam convertant, eisque quovis modo damnum inferant.

Illud quoque ad rem mihi facere videretur, si S. Regia Maiestas Vestra aliquot militum manum destinaret, qui recto itinere ad castrum Kukenhausen, in quo obsidione cinctus est Dominus Archiepiscopus⁶⁾, quoscumque possent pagos, oppida et villas incendio vastarent, ut inde obsessis animus auferetur fore, ut brevi auxilia consequantur. Quae tamen omnia S. Regiae Maiestatis Vestrae arbitrio prudentiaeque relinquo. Ego certe, ut primum S. Regiam Maiestatem Vestram in armis esse cognovero, quantis maximis possum et viribus et copiis affuturus fratrique meo auxilium laturus sum. Illud autem vel in primis spectandum esse existimem, ut S. Regia Maiestas Vestra summa diligentia curet, ne si ita usus ferat, exercitui necessaria stipendia et commeatus desint. His enim in rebus, ut recte procrentur, plurimum momenti situm est. Magnopere itaque profuerit, ut S. Regia Maiestas Vestra et nunc et deinceps monetam indesinenter cudere permittat, non modo in Magno Lithuaniae Ducatu, sed etiam in consuetis urbibus Prussiae. Id magno emolumento futurum. Datae Regiomonti ut supra.

Mutatis mutandis Palatino Vilnensi⁷⁾ et Palatino Trocensi⁸⁾.

[f. 87] Cedula

Petit interdici in Lithuania, ne peregrini speculatores per avia loca ducantur, vias item custodiri et proficiscentes observari iubeat.

Ad haec S. Regiae Vestrae Maiestati significandum esse duxi, comperit me habere plerosque ex Livonia, eosque antesignanos et militum ductores, per terras S. Regiae Vestrae Maiestatis Lithuaniae et Samogithiae clam iter facere, praecipue autem in confinibus Grodnae, ubi et homines S. Regiae Vestrae Maiestatis pecunia conducti illos per avia loca ducere dicuntur. Illi cum procul dubio speculatum mittantur, pernecessarium esse iudico, ut S. Regia Vestra Maiestas publico edicto eos observari homines, viasque et consuetas [et] insolitas diligenter custodiri iubeat, deinde et in toto finium Livoniae tractu quosdam eam ad rem subornet, quandoquidem bella gerere volentibus exploratorum et speculantium ratio in postremis non habenda est, quemadmodum et his in partibus a me nihil eiusmodi negligetur. Datum ut in literis.

A. M[untzer]

1) *Volfgangus Schutzbar.*

2) *Ferdinandus I.*

3) *Gulielmus dux Iuliacensis et Cliviensis.*

4) *Paulus IV.*

5) *Christophorus, coadiutor Rigensis.*

6) *Gulielmus archiepiscopus Rigensis.*

7) *Nicolaus Radziwill «Niger».*

8) *Nicolaus Radziwill «Rufus».*

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

asserit sibi in primis Ducatus sui rationem esse habendam, priusquam copias suas in expeditionem exire iubeat; nuntiat se subditis suis iam mandasse, ut in procinctu essent; petit, ut rex subditis suis in Lithuania et Samogitia mandet, quo commeatum et pabula ad castra sua advehant; item ut frumenti ex terris Prussiae exportationem interdicat.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 87-90.

Regi Poloniae, XXVIII Iunii.

Scribit causas, cur Maiestatem Suam docere non possit, quantis copiis sit S. Regiae Maiestati Suae adfuturus. Petit ex terris Prussiae equitibus Celsitudinis Suae aliquot centena addi. Item de victualibus et comeatu advehendo. Item de interdicenda frumenti exportatione per mare. Item curasse se iam ea, quae postulat S. Regia Maiestas apud Germaniae Principes.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Quod S. Regia Vestra Maiestas clementer adeo rationibus Reverendissimi Archiepiscopi Rigensis¹⁾ consultum cupiat, pro eo quas debeo maximas S. Regiae Vestrae Maiestati gratias ago. Illud enim non tam debito protectionis, quam iure consanguinitatis adductam facere scio. Quia vero inter cetera ex literis S. Regiae Vestrae Maiestatis copias illam suorum ad fines Livoniae [f. 88] iam misisse, meque itidem ut faciam hortari, seque de quantitate mearum virium certiore fieri velle intelligo, non dubito S. Regiam Vestram Maiestatem ex utroque nuntio meo, et Assuero Brandt et Erhardo a Kunheim, cognovisse, referre ante omnia, ut priusquam meos homines in expeditionem exire iubeam, ratio Ducatus mei tuendi habeatur atque de relinquendis in eo praesidiis prima omnium deliberatio sit. Itaque cum in ea consultatione iam verser, S. Regiam Vestram Maiestatem de viribus meis, nisi deliberatis prius omnibus, certiore reddere non possum. Ac mandavi quidem iam subditis meis, ut in procinctu sint.

Antequam autem ad fines Livoniae se conferant, praetermittendos esse quosdam duxi, qui loca ad ponenda castra commodissima viresque ac munitiones hostium circa eadem loca lustrent. Illis reversis, quam primum et equites et milites meos exire iubebo. Quoniam vero, ut paulo ante dictum est, ita mihi exeundum erit, ut et Ducatus interim meus sua praesidia habeat, peto, ut S. Regia Vestra Maiestas illis copiis, quas ad fines Livoniae collocabo, aliquot millia et peditum et equitum ex terris S. Regiae Vestrae Maiestatis Prussiae adesse iubeat, ut et hosti eo magis terrori esse et in quemcumque casum conatus illius frangi possint. Metuo enim, ne si viribus inferiorem me sibi esse cognosceret, in has partes impetu facto damnum aliquod inferret. Itaque ne quid suscipiatur, quod vel in turpem exitum cedat, vel cum dignitatis ac fortunarum detrimento sit, curabit S. Regia Vestra Maiestas [f. 89] clementer, ut ea auxilia ex terris S. Regiae Vestrae Maiestatis meis adsint, praecipue, ut uterque frater, et Raphael et Paulus Dzialinski²⁾, equitum ductores agant. Industria enim illorum in rebus militiae plurimum mihi probatur.

Ceterum quoniam victualia pro iisdem copiis necessaria per omnia sufficienter ex Ducatu meo advehi non poterunt, dignabitur S. Regia Vestra

Maiestas subditis suis Samogithiae et Lithuaniae mandare, ut tantisper, dum in finibus hostis haerendum est, commeatum et pabula ad castra meorum vehant, accepta pro iis omnibus et iusta et aequa solutione. Postquam autem perventum fuerit in terras hostium, alia tum ratione de victualibus utendum erit.

Postremo referre plurimum arbitror, ut S. Regia Vestra Maiestas nunc tandem Gedanensibus et Elbingensibus ceterisque terrarum Prussiae civitatibus interdicat frumenti per mare exportationem, ne militia hac in longum tempus extracta, et victualia nobis desint et ipsa nos eorum penuria conficiat. Quanquam et ea, quae nunc est, annonae caritas id postulare videatur, tum quod segetes adhuc crescentes non usque adeo fertiles et laetae appareant, ut metuendum sit, ne hic annus et messem parcam et maximam annonae caritatem sit allaturus. Idcirco operae pretium factura S. Regia Vestra Maiestas videtur, si quam primum harum terrarum commodo publico consuluerit.

Quae porro S. Regia Vestra Maiestas me apud Serenissimum Daniae Regem³⁾ et Germaniae Principes agere vult, illa iam pridem curata sunt, ut nihil eos praetermissuros dubitem, quae et ex S. Regiae Vestrae Maiestatis et meo esse commodo putaverint. Atque haec S. Regiae Vestrae Maiestati properanter nunc quidem respondenda esse duxi, propediem ei [f. 90] significaturus, in quem finium Livoniae locum exire et possim et velim. Eam ut moram ne aegrius ferat, oro. Quod superest, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere exopto. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

1) *Gulielmus.*

2) *Raphael et Paulus Dziatyński, filii Nicolai, palatini Pomeraniae († 1545).*

3) *Christianus III.*

N. 4393.

E Regio Monte, 30.VI.1556.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario, rogat, ut negotia, de quibus ad regem scripsit, expediri iuvet.

(Schedula: remittit exemplum litterarum, ab archiepiscopo Rigensi missarum).

Cfr. El. XL, N. 1534.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 90-92.

Duci in Olika, Palatino Vilnensi, XXX Iunii.

Petit, ut quae in praecedentibus ad Regem literis perscripsit, iuvet.

Gratias etiam agit, quod expeditionem mandari iuverit.

Literas Illustritatis Vestrae, Vilnae feria secunda ante festum divi Ioannis Baptistae datas, accepimus. Ex quibus Reverendissimi et Illustrissimi fratris nostri¹⁾ statum, qui pro tempore satis periculosus est nobisque dolendus, cognovimus. Praeterea etiam quod S. Regia Maiestas Poloniae etc., Dominus noster clementissimus, ex tribus partibus terrarum Lithua-

niae expeditionem bellicam ad eximendum obsidione Reverendissimum fratrem nostrum in Livoniam edixerit, percepimus. Quae res cum Illustritatis Vestrae solius et auctoritate et opera confecta sit, itaque magnas merito illi habemus gratias, relaturo pro data occasione et facultate tum fraterne, tum prolixae, nihil dubitantes Reverendissimum etiam fratrem nostrum, ubi ex his malis Dei beneficio emergerit, omni officiorum genere promeriturum. Et quoniam S. Regia Maiestas auxiliatrices equitum pedumque copias ad educendum paravit, nos quoque, rebus in Ducatu nostro quam primum pro necessitate [f. 91] constitutis, cui rei nunc prorsus insudamus, arma sumpturi sumus. Sed quia tantas copias tam subito cogere non possumus, quibus hostem recta invadere audeamus, itaque isto interim utimur stratagemate: praemittemus homines rei militaris peritos, qui ad fines Livoniae actutum accedant et de hostibus diligentissime explorent ac circumspiciant, qua parte quoque loco eruptionem facere moliantur, ut ea re intellecta eo facilius contra illos acies vicissim dirigatur et ne magno incommodo fiat in hostem impressio, ne si (ut anceps belli fortuna est) temere magis quam prudenter et consulto aliquid tentetur, pro sperata victoria reportetur contumelia. Quare curabimus eum exercitum, qui indies hic colligitur, ad fines Livoniae ocius adduci, ut nostris, quos emisimus, consiliariis reversis, arrepta occasione mox comminus, si ita consultum videbitur, cum hoste confligat. Interea speramus aliorum quoque dominorum et cognatorum nostrorum accessura auxilia.

Petimus itaque Illustritatem vestram etiam atque etiam fraterne, ut ad S. Regiam Maiestatem nos excusare velit et efficere, ne hanc exiguam moram (qua et militem conscribimus et Ducatu nostro, ne quid detrimenti capiat, prospicimus) aegre ferat, deinde ut S. Regia Maiestas Sua aliquot equitum turmas nostro exercitui auxilio mittere dignetur. Veremur enim, ne copiae nostrae infirmiores futurae sint, quam ut cum hoste, externo milite aucto, recte configere et sine periculo queant. Refertur etiam nobis legationem Magistri Ordinis²⁾, quae adventura putabatur, retrocessisse. Quod si ita est, non obscure apparet, quam contemptim S. Regia Maiestas habeatur et quam vilipendatur^{a)}. Si nunc Reverendissimus frater noster in hostium potestatem (quod Deus omen avertat) venire [f. 92] debeat, facile est colligere, quam insolenter non erga ipsum modo, verum etiam erga S. Regiam Maiestatem acturi sint. Iterum fraterne petentes, Illustritas Vestra omnibus rationibus fratrem nostrum obsidione liberare contendat. Hoc erga Illustritatem Vestram quibus possumus amicis et fraternis studiis quovis tempore promereri conabimur. Quam bene feliciterque valere^{b)} percipimus. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

Cedula Duci Olicensi

Remittimus quoque Illustritati Vestrae literarum exemplum, a Reverendissimo Domino Archiepiscopo missarum, Vestraeque Illustritati pro communicatione earum magnas habemus gratias. Datum ut in literis.

a) *in ms.* vilipenditur

b) *in ms.* valeat

1) *Gulielmus archiepiscopus Rigensis.*

2) *Henricus a Galen, magister Livoniae.*

N. 4394.

S.l., 2.VII.1556.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
negotium comitis ab Oldenburg apud regem promoveri petit.*
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 289v-290.

N. 4395.

S.l., 3.VII.1556.

*Albertus dux in Prussia
Erhardo a Kunheim
pro diligentia, in negotiis Livonicis adhibita, gratias agit et negotium fratris
sui, archiepiscopi Rigensis, ei commendat; rogat, ut de legatorum Livo-
niensium apud regem actione se certiores faciat; nuntiat se Bernardum
Pretwicz cum 300 equibus ad se vocasse et rogat, ut expeditionem eius
apud regem sollicitet.*
(Germanice)
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 292-292v.

N. 4396.

E Regio Monte, 4.VII.1556.

*Albertus dux in Prussia
Assuero Brandt, oratori suo,
nuntiat se vehementer perturbatum esse nuntio de morte fratris sui, archiepi-
scopi Rigensis, et sententiam regis expetit, quid sibi porro faciendum esse
putet.*
Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 92-95.

Assuero Brandt, 4 Iulii.

Scribit se graviter perculsum eo nuntio, quod allatum est de mortuo Archiepiscopo¹⁾, proponitque S. Regiae Maiestati suam indicari sententiam, quid nunc porro faciendum videatur.

Salutem et gratiam nostram.

Generose, nobis fidelis dilecte.

Nolumus te clementer latere S. Regiae Maiestatis Poloniae, Domini nostri clementissimi, literas, quarum exemplum cum his habes, heri nobis allatas esse, quibus scribitur Suae Maiestati per exploratores indicatum Reverendissimum Dominum Archiepiscopum [f. 93] Rigensem, fratrem nostrum charissimum, mortuum esse. Et quidem tripliciter is casus ex aliorum scriptis narratur: alii veneno extinctum, alii bombardae ictu sublatum, tertii vero fame necatum perhibent. Quae res susceptum iam pridem de infelici fratris casu molestaque custodia dolorem magna ex parte, uti facile coniciis, auctiorem reddidit. Quapropter S. Regiae Maiestati

nostrum hunc dolorem acerbissimum, quem ex hoc nuntio percepimus, explicabis porroque adiciis, quod etsi licet ex instructione Livoniensium colligere Suam Reverendissimam Celsitudinem bene et ut decet Principem haberi, tamen huiusmodi quoque casus nihilominus posse accidere. Quod si ita se res habeat (quod Deus omen avertat) facile S. Regiam Maiestatem videre, quam longe veritas ab istis hominibus exulet, quam parum ipsis credendum aut fidendum sit. Itaque amice et obnixè nos petere, ut S. Regia Maiestas interitum miserabilem illum quidem et dolendum boni illius Principis, qui Suae Maiestati Regiae summo semper studio devinctus fuit, officiaque omnia, quae potuit, etiam cum fortunarum suarum dispendio libenter praestitit, clementer condolare ac rationem eius habere velit sicque se erga adversarios Suae Celsitudinis gerere, ut videant atque cognoscant Suae Maiestati non modo displicere summopere istam violentam obsidionem et oppressionem sui necessarii amici, quae cum summo contemptu Suae Maiestatis coniuncta est, verum etiam quod tristis et lugendus iste casus, qui aliter multo se habeat, quam ipsi legati retulerint, ex animo Suae Maiestati doleat. Quod quidem casum toti Marchionum familiae ceterisque propinquis omnibus (ubi constans fama eius rei allata fuerit) necessario perscribere cogatur, non dubitans ipsos omnes ad hanc violentiam nefandam, sicut et Suam Regiam Maiestatem, minime tacituros.

Petes igitur nostro nomine submissee ac vehementer, quo S. Regia Maiestas literas in hunc eventum ad omnes singulosque Marchiones Brandenburgenses dare dignetur, quibus iam dicto modo commonefiant, [f. 94] ut gravissima ista de iniuria vindicanda aliquomodo cogitent. Non posset etiam, nostro quidem iudicio, obesse, si S. Regia Maiestas hunc casum Livonum legatis recensendum curaret, facta collatione earum rerum, quas ipsi per instructionem S. Regiae Maiestati referre non sunt veriti, cum debita molestiae et indignationis significatione. Videant, quomodo ipsorum sermones cum his novitatibus conveniant, iubeanturque, si quid certi de obitu Celsitudinis Suae habeant, effari atque in medium praeferri. Quid autem faciendum sit, Archiepiscopo mortuo, nos statuere non possumus, verum S. Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, voluntati et arbitrio totam rem permittimus, omnino sperantes se nobis clementissimum Regem et benignissimum amicum, uti hactenus, ita porro etiam exhibiturum. Qua in re omnem, quam potes, diligentiam promovendo, quemadmodum certo nobis de te persuademus, adhibebis.

Ceterum et illud nobis succurrit animo, S. Regiam Maiestatem recte facturam, si legati Livonienses, de interitu Reverendissimi fratris nostri interrogati, nihil certi respondere habeant, mittendo ad Magistrum Ordinis²⁾ ibique rem totam penitus perscrutando, qua ratione quibusve modis, naturali morbo an violentia aliqua obierit Archiepiscopus. Ac ubi certo de interitu Celsitudinis Suae constiterit, postulabit Sua Regia Maiestas a Magistro, ut bona et facultates Archiepiscopi relictas accurate custodiendas et conservandas curet, ut iis, quibus iure debentur, suo tempore tradi queant. Similiter etiam inhibebit, ne Domini Archiepiscopi servitoribus cuiuscumque conditionis, parvis, magnis, maioribus vis aliqua clades inferatur. Et si qui forte ex eorum numero, ut fit, captivati essent, eos ut non modo quam primum eliberet ac missos faciat Magister, [f. 95] sed etiam si quid illis stipendii pensionisve debetur, id totum sine dilatione ex redditibus archiepiscopatus persolvatur, ac securi liberique dimittantur. Quod si Magister et Ordo his salutaribus monitis animum adhibendum non censeat, facturam Suam Regiam Maiestatem, quae pro iure conservatorii et ex officio a se requirantur. Nam etsi S. Maiestas Regia scribit morte

omnia constitisse videri, quod ad personam Celsitudinis eius attinet, tamen id solummodo iniurias et archiepiscopatum concernit, non servitores, non facultates relictas et alia.

Was ferner unsere antwort und bedencken uff die instruction und gehabte handelung der Eyfflender belangende, wollen wir yhn kurtz fordern und dir hernoch schicken. Wollest demnach bey ko.mt. anhalten, das sie desselben kleynen verzugs kein beschwer haben wolle, den es uffs allerforderlichste folgen solle. Daran thustu uns zu gefallen, yhn gnaden zu erkennen. Datis Konigspergk 4 Julii anno etc. LVI.

C. S[ilvius]

1) *Gulielmus archiepiscopus Rigensis.*

2) *Henricus a Galen, magister Livoniae.*

N. 4397.

E Regio Monte, 6.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

nuntiat se ad palatini Trocensis petitionem copias suas in expeditionem ad fines Livoniae exire iussisse et rogat iterum, ut rex subditis suis in Lithuania et Samogitia mandet, quo commeatum et pabula necessaria eisdem copiis suis advehant.

Cfr. El. XL, N. 1538.

Ostpr. Fol, vol. 55, 97-98.

Regi Poloniae, VI Iulii.

Scribit se ad postulata Palatini Trocensis¹⁾ copias suas exire in expeditionem iussisse. Petit commeatum curari et de pluribus auxiliis mitendis.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Ex literis Illustris et Magnifici Domini Palatini Trocensis, ad me secunda die Iulii datis, intellexi deputatam esse Illustritatem Suam in expeditionem ad fines Livoniae, atque illam eo iam egressam esse. Quoniam vero Illustritas Sua meas quoque copias expetit, exire illas e vestigio iussi. Itaque, sicut antea a me petitum est, dignabitur S. Regia Vestra Maiestas suis et Lithuaniae et Samogithiae hominibus demandare, ut illis ipsis meis copiis tam in itinere existentibus, quam in castris constitutis, commeatum et pabula necessaria advehant, pretio et iusto et aequo pro singulis accepto. Serio namque meis iniunctum est, ut ne quid eorum nisi solutum per vim hominibus S. Regiae Vestrae Maiestatis auferant. Ad haec si meis cum S. Regiae Vestrae Maiestatis hominibus vires coniungendae sunt, non dubito illam curaturam esse, ne inter utramque gentem turbarum seu dissensionis aliquid exurgat, sed ut homines S. Regiae Vestrae Maiestatis amica cum meis societate utantur. Illud enim meis quoque in eum casum iam serio demandatum est.

Ad extremum ita S. Regia Vestra Maiestas rebus suis prospiciet, ut in quemcumque casum et quovis tempore auxilia suis plura ferre possit, ut Deo auxiliante vel celebris ab hostibus [f. 98] victoria reportetur, vel vires

saltem eorum eo rectius frangantur. In quo quantum sane mearum erit partium, qui et indies externum militem expecto, nihil in me desiderari patiar etc. Datae Regiomonti etc.

A. M[untzer]

1) Nicolaus Radziwiłł «Rufus».

N. 4398.

E Regio Monte, 6.VII.1556.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwiłł, palatino Vlnensi, M.D.L. cancellario,
excusationi eius, quod ad plures litteras suas hucusque non responderit, se
acquiescere nuntiat; pro exemplo litterarum magistri Livoniensis [Henrici
a Galen] sibi misso gratias agit et non dubitat eum ita eidem magistro
respondisse, ut et dignitatis regiae et suae ipsius auctoritatis ratio habe-
retur.*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1536.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 95-96.

N. 4399.

E Regio Monte, 6.VII.1556.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Radziwiłł, palatino Trocensi,
nuntiat se copias suas in expeditionem ad fines Livoniae iam exire iussisse et
curasse, ut ad 25.VII. cum copiis eius in Salaty se coniungant; indicat
viam, qua iter facturae sint.*

Cfr. El. XL, N. 1538.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 98-99.

Palatino Trocensi, VI Iulii.

Scribit se copiis suis iam expeditionem mandasse, tempusque indicat, quando regiis se coniungent.

Illustris Princeps, Amice nobis charissime.

Ex literis Illustritatis Vestrae intelleximus deputatam esse illam cum copiis S. Regiae Maiestatis ad Livoniae fines atque eo iam egressam esse. Quia vero et nostras copias expetit, statim acceptis Illustritatis Vestrae literis exire illas iussimus. Atque cum plerique nostrorum ad quinquaginta fere miliaria ab eo loco, ubi Illustritas Vestra consistet, distent, facile Illustritas Vestra iudicare potest tam cito eos cum gravi equitatu, armis et tormentis bellicis reliquisque ad castrametationem necessariis accelerare non posse, ut ante festum divi Iacobi proximum suas cum Illustritate Vestra vires in Salata coniungere omnibus impossibile sit. At eum autem diem, certo ut omnes istic adsint, curavimus. Quoniam vero propter locorum distantiam incommodum erit, ut et commeatus et pabula necessaria ex

Ducatu nostro ad castra vehantur, rogata a nobis est S. Regia Maiestas, ut subditis suis Lithuaniae et Samogithiae iniungat, ut pro iusto et aequo pretio quae ad victum et pabulationem [f. 99] pertinent, hominibus nostris tam in itinere existentibus, quam in castris constitutis, advehant. Illud ut Illustritas quoque Vestra procuret, petimus.

Ceterum quandoquidem Illustritas Vestra scire cupit, quonam itinere nostri sint ituri, latere Illustritatem Vestram nolumus iussisse nos equitatum et peditatum nostrum ad decimum nonum Iulii in Rangneta certo convenire. Inde vero progressuri sunt ea via, quam charta hisce inclusa descriptam habet. Illud ut bonis fiat auspiciis, Deum precamur. Atque haec Illustritati Vestrae rescribenda esse putabamus. Quae bene et feliciter valeat. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

N. 4400.

E Regio Monte, 6.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

Petro Oborski et Nicolao Maskowski

pro novitatibus de rebus Livonicis et de fratris sui, archiepiscopi Rigensis, statu sibi communicatis, gratias agit et nuntiat se libenter accepisse, regem «Lithuanos, Samogithienses et Ruthenos iam ad bellum evocasse, eosque nunc in armis et propediem progressuros esse»; rogat, ut porro etiam «per homines idoneos diligenter omnia perscrutanda curet» et sibi significet.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 96-97.

N. 4401.

S.l., 6.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,

pro novis Livonicis sibi significatis gratias agit; dolet tamen, quod negotia Livonica nimis lente procedant et frater suus in tantis angustiis versetur; de palatino Trocensi iam in expeditionem profecto gaudet; sperat Deum, praeter omnes adversitates, parvulum gregem suum servaturum esse.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 290-291.

An hern Terla, den 6 July 56 etc. Mutatione an Erhart von Kunheim.

Wir haben euer schreiben empfangen und euren fleiss, muhe und sorgfeligkeit in den eyflendischen hendeln, sonderlich das sie wess langsam und schlefferig angehn und das der her von Trock¹⁾ am 2 July angezogen und sich [f. 290v] mutig darzu vernehmen lasse, sampt fernerm inhalt verstanden. Thun uns disfals eures gehabten fleises und angewanten muhe und erbieten in allen gnaden bedancken. Sollet euch zu uns des gewiss versehen, das wir es umb euch, womit wir können, gnedigst erkennen wollen.

Leit aber ist es uns, das es was langsam fortgeth und man so schlefferig darinne ist. Begeren aber mit gnaden, ir wollet, wie wir dann nicht zweifeln, hinfurt an euer treuen beförderung, das ein mehrer ist gespurt und richtige entliche antwort geben, und unser bruder in diser eussersten noth nicht verlassen werden möge, nicht erwinden lassen.

Das der her von Trok angezogen und ein gut hertz darzu habe, hören wir gern. Gott verleihe ime und uns allen gnadt, gluck und segen, darob allem fernern ubel, stolz und hochmuth zur gebur begegnet und derselb gesteuert werde. [f. 291] Das es aber in Eyfflandt also seltzam und ubl stehet, ist uns hertzlich leidt. Wollen aber zu Gott hoffen, er sein weniges heuflein dannest nicht gar verterben lassen, ime noch etliche erhalten und fur der boshaftigen furnehmen schutzen, wie wir zu Gott hoffen wollen. Wann nurt ein wenig merer ernst gebraucht, sie auch bedencken und bessern kauf geben werden. Abermals gnedigsten begerende, ir wollet ferner treuer forderer sein und anhalten helfen, das nichts verlassen. Wir wollen sovil immer muglich nicht seumen, seint auch on arbeit in kurtz an ko.mt. leger zu rucken. Wess ir auch ferner erfaret und euch zukompt, wollet uns gutwillig mittheilen.

Princeps audivit
H. Sten[drich].

1) *Hieronymus Chodkiewicz, cast. Trocensis.*
(*Fortassis hic sermo est de pal. Trocensi,*
Nicolao Radziwilt «Rufo», cfr. El. XL, N.
1538).

N. 4402.

S.l., 7.VII.1556.

Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,
de stipendio, victu et amictu armifactori suo a se dato.
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 293v-294.

An Gabriel Terla, den 15 July 56 etc.

Wir haben euer schreiben, den 9 July datirt, bekhomen und daraus verstanden, wess ir wegen des zeugmeisters bestallung schreiben thut. Worauf wollen wir euch gleichwol nicht bergen, das wir als ein armer furst unserm zeugmeister mehr dann die ausgetruckte bestallung vermagk thun, und wollen die leuthe gleichwol nach irer gelegenheit und geschicklichkeit, weil sie nitt alle zeit zu bekommen, underhalten sein. Dann wir warlich unserm zeugkmeister, wann wir das kostgelt, kleidung, freye holtzung und futterung uf 2 pferdt zusammen rechnen und an ein gelt schlagen, jerlich so gut als 300 f. geben; uber das, so mag er, wann es ime gefelt, zu hofe seinen tisch halten, zudem haben wir ime auch ein gnedigen lohn verschriben und uber das ermelte alles so müssen wir [f. 294] ime, wen er zu feldt zeucht, nach kriegsgebrauch underhalten; wann auch stedt, schlosser oder flecken gewonnen wurden, so hat er in der arcklery seinen geburenden theil. Solchs wirt unsers erachtens er auch schwerlich nachlassen können, dann ime dasselbe bey andern nachteil und verkleinerung geben und brengen möchte. Weil dann wir, wie obgemelt, als ein armer furst unserm zeugmeister den obgemelten underhalt, soferne wir ine anderst bey uns erhalten

wollen, geben müssen, so zweifeln wir nit, ir werdet die wege zu befördern wissen, damit der mahn, welcher gleichwol unsers erachtens der ko.mt. nicht undinlich sein kan, an der handt behalten. Und wolten euch das uf euer schreiben etc.

Commissio Principis ex relatione secretarii
Idem legit, Princeps audivit
C. Bloch[inger]

N. 4403.

E Regio Monte, 10.VII.1556.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro Samogitis quibusdam, Petro Juszkajtis, Simone Gorgellajtis et Bartholomaeo Witkajtis, a praefecto quodam regio magnopere vexatis et oppressis.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 99-100.*

N. 4404.

E Regio Monte, 10.VII.1556.

*Albertus dux in Prussia
Stanislao Skaszewski, capitaneo in Kroże
pro studio in negotio liberandi fratris sui, archiepiscopi Rigensis, adhibito gratias agit.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 100-101.*

N. 4405.

E Regio Monte, 11.VII.1556.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro matre Venceslai Schack, anno superiore impensis suis studiorum causa in Galliam profecti, quae a terrarum Prussiae thesaurario, Ioanne Kostka, bonis suis eam exuere conante, opprimitur.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 55, f. 101.*

N. 4406.

S.l., 13.VII.1556.

*Albertus dux in Prussia
Petro Dameraw Wojanowski
scribit se non posse filios fratris eius militia liberare, nam hoc aliis quoque*

tutoribus malo exemplo esset, qui eiusmodi liberationem pupillis suis concedi peterent.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 291-292.

An Peter von Woyna, den 13 July 56 etc.

Wir haben euer schreiben bekhomen und inhalts, [f. 291v] wess ir eures brudern kinder halben im Hollendischen, das sie dismal mit der rustung nicht erscheinen khonnen, schreibet und sie dismal zu verschonen bittet, verstanden. Nun weren wir euch disfals zu wilfaren gnedigst gewogen. Ir habt aber zu erachten, weil diss ein handel, der das gantze landt angehet, und do wir alle und jede unsere undersassen erfordert und die gleichheit durchaus gehalten werden muss, das uns hirinne euren bitten zu geleben nicht geburen will, dann solten wir einem etwas erlassen, wurde es ein ander auch gefreyet sein wollen, des dann in disen notfellen grosse weit-
leuftigkeit geben und schedlich sein mochte. Begeren demnach gnedigst, ir uns aus den erheblichen ursachen entschuldigt nehmen und neben den andern vormunden bey euren vettern die verschaffung thun wollet, das uns die geburenden dinst geleist werden mogen, [f. 292] hoffentlich ir und die anderen vormunder dasselbe also thun, und dabey bedencken werdet, das wir nun oftmals verruckter, auch diser zeit vilmals gebeten, das ein jeder mit seiner rustung, wie er uns vermög brief und sigel zu dienen schuldig, also gerust sein solle, das er uf ferner erfördern unausbleiblich erscheinen möge, und derhalben es also befördern, das das, wess landen und leuthen zugleich angehet, von euren vettern auch geleistet und kein entschuldigung oder verzug vorgewandt werde etc. Und wolten euch etc.

Princeps audivit
H. Stend[rich]

N. 4407.

E Regio Monte, 14.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

quid sibi de eis videatur, de quibus rex litteris 8.VII. datis scripserat, ex oratore suo Assuero Brandt regem intellecturum esse nuntiat.

(Schedula: se voluntati regiae, ut cum copiis suis in finibus subsistat, acquiescere scribit).

(Latine)

Cfr. El. XXXI, N. 667.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 102-103.

Cedula in literis regiis

Scriptis iam et confectis literis, altera mihi a S. Regia Maiestate Vestra epistola perfertur, data Vilnae IX Iulii, qua scribitur S. Regiae Maiestati Vestrae consultius videri, ut cum meis copiis in finibus aliquandiu subsistam, neque ad Lithuaniae fines progrediar, multo autem minus ad Livoniae fines accedam. [f. 103] Cui ego consilio et admonitioni, quod S. Regiae Maiestati Vestrae ita videretur, e vestigio acquievi et obsecundavi, excep-

taturus Magnifici Domini Palatini Marienburgensis¹⁾ uberiorem earum rerum informationem omnium. Quod S. Regiam Maiestatem Vestram subiectissime celare non potui. Quam Christus omnipotens diutissime conservet et incolumem et florentem. Datae etc.

C. S[ilvius]

1) *Achatius Czema.*

N. 4408.

E Regio Monte, 14.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

rogat, ut rebus ita iam afflictis id consulat, quod ex re fratris sui, archiepiscopi Rigensis, et regis dignitate futurum sit, neque interfectionem Casparis Łacki inultam relinquat.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 103-104.

Duci in Olika, XIII Iulii.

Petit in rebus Reverendissimi Domini Archiepiscopi¹⁾ in eo nunc statu positus id consulat, quod ex re Reverendissimae eius Celsitudinis et S. Regiae Maiestatis dignitate erit, neve interneccionem Domini Lunski²⁾ inultam patiatum esse.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Statum Reverendissimi Archiepiscopi Rigensis, fratris nobis charissimi, aequae Illustritati Vestrae ac nobis acerbum esse facile credimus. Neque id tantum nunc primum, sed multis abhinc argumentis perspectum habemus. Quia vero res nunc ita cecidit, non dubitamus Illustritatem Vestram ita rebus iam afflictis consulturam, ut ne S. Regiae Maiestatis vel Illustritatis quoque Vestrae seu dignitas vilipendio exponatur, neve Reverendissimus frater noster misere adeo archiepiscopatu suo eiiciatur, sed ut Illustritatis Suae tanquam eius, qui et in tutela S. Regiae Maiestatis et sanguine eius Maiestati coniunctus est, ratio habeatur, ut si alia ratione S. Regiae Maiestatis eius Illustritati consuli posse non putaverit, resque ad transactiones deveniat, illud sedulo agatur, ut eius Illustritas aequis conditionibus ad vitae tempora archiepiscopatu suo restituatur. In quo et illud S. Regiam Maiestatem non neglecturam arbitramur, ut pro interempto Maiestatis Suae nuntio, servitore Illustritatis Vestrae charissimo, et contumelia ac iniuria S. Regiae Maiestati multis modis illata ei satis fiat. Quae tamen omnia [f. 104] S. Regiae Maiestatis et Illustritatis Vestrae prudentiae relinquenda nobis sunt, namque illam rectius et magis apposite, quam nos pro iudicii nostri tenuitate docere possumus, his rebus, sicut prudenter cepit, porro etiam consulturam non dubitamus. Quicquid autem Illustritas Vestra fratris nostri causa vel laboris vel studii suscepit et adhuc porro subitura est, illud nos omne per occasionem aliquando demereri immemores non erimus. Quod reliquum est, Illustritatem Vestram feliciter valere exoptamus. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

1) *Gulielmus archiepiscopus Rigensis.*

2) *Caspar Łacki.*

N. 4409.

E Regio Monte, 14.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo, nuntiat gratum sibi fuisse auditu, quod ipse una cum palatino Trocensi exercitui regio ad fines Livoniae profecturo praefectus sit; de tempore et itinere, quo se cum copiis suis ad exercitum regium conferre in animo habeat, certiozem eum reddit.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 104-105.

Gratias agit, quod tanto studio cupiat Reverendissimum Dominum Archiepiscopum Rigensem¹⁾ liberatum, tempusque indicat, quando Celsitudinis Suae copiae cum regiis coniungentur.

Gratum nobis fuit auditu, quod Magnificentiam Vestram cum Illustri Domino Palatino Trocensi²⁾ exercitui S. Regiae Maiestatis etc. ad Livoniae fines praefectum esse cognovimus. Faxit Deus, ut id Magnificentiae Vestrae et honori et laudi cedat. Quod vero Magnificentia Vestra a nobis scire cupit, quoniam tempore cum nostris copiis adfuturi simus, illud etsi iam illam ex eodem Domino Palatino Trocensi intellexisse non dubitamus, scire tamen Magnificentiam Vestram volumus, conventuros esse nostros homines ad diem 19 Iulii proximam in Ragneta ac inde ad exercitum S. Regiae Maiestatis [f. 105] exituros, viresque suas cum illo coniuncturos esse. Gratias autem Magnificentiae Vestrae agimus, quod se adeo alacrem ac studiosam ad liberandum Reverendissimum fratrem nostrum offert. Facit hoc pro suo in nos eiusque Reverendissimam Dominationem amore singulari. Atque haec properanter quidem Magnificentiae Vestrae rescribenda esse putabamus. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

1) *Gulielmus.*

2) *Nicolaus Radziwilt «Rufus».*

N. 4410.

E Regio Monte, 15.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwilt, palatino Trocensi, M.D.L. exercituum capitaneo, pro studio et alacritate in liberando fratre suo, archiepiscopo Rigensi, gratias agit; nuntiat sibi a rege serio demandatum esse, ut copias suas subsistere iubeat, nec eas Ducatu suo excedere patiatur.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 105-106.

Palatino Trocensi, XV Iulii. Mutatis mutandis Castellano Trocensi¹⁾.

Gratias agit, quod statum Reverendissimi Archiepiscopi²⁾ tristem dolet et quod tanta sedulitate de liberando eo intenta est. Quod vero cum suis copiis non accedat, id S. Regiae Maiestatis inhibitione se facere.

Illustris Princeps, Amice nobis singulariter dilecte.

Quod Illustritas Vestra casum Reverendissimi fratris nostri dolenter adeo fert, facere id illam pro amore et quadam in nos fratremque nostrum

benevolentia singulari credimus. Quia vero res ita cecidit, tempori et fatis nonnihil acquiescendum est, ita tamen, ne ea, quae expedire videntur ad liberandam eius Reverendissimam Illustritatem consilia, negligantur. In quo cum studiosissimam atque alacrem esse Illustritatem Vestram videamus, merito maximas ei habemus gratias, conaturi sedulo, ut per quantumque occasionem gratitudinem aliquando nostram Illustritati Vestrae testemur. Ipsum quoque Reverendissimum fratrem nostrum, Deo auxiliante pristino redditum statui, condigne et sicut par est relaturum haec omnia non dubitamus.

Ceterum quod Illustritas Vestra copias nostras accelerare cupit, illas, sicut proximis literis [f. 106] nostris Illustritati Vestrae perscripsimus, iam progredi iussimus. Latere autem Illustritatem Vestram nolumus pridie, quam Illustritatis Vestrae literas accepimus, a S. Regia Maiestate serio nobis demandatum esse, ut homines nostros subsistere neque Ducatu nostro excedere, multo autem minus flumen Mimelam traicere iuberemus. Quo autem id S. Regia Maiestas consilio fecerit, nobis non constat. Itaque Illustritas Vestra nos excusatos habitura est, quod eius voluntati non satisfaciamus. Quam tamen Reverendissimi fratris nostri causa ei declarare cuperemus, si permissione S. Regiae Maiestatis nobis liceret. Quoniam vero in Rangneta nostros subsistere iussimus, expectaturi sumus, quid nos porro S. Regia Maiestas facere volet. Cuius voluntate intellecta, nihil in nobis desiderari patiemur. Atque haec Illustritati Vestrae properanter quidem rescribenda esse putabamus. Quam rectissime valere exoptamus. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

1) Hieronymus Chodkiewicz.

2) Gulielmus, archiepiscopus Rigensis.

N. 4411.

E Regio Monte, 15.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

Hieronymo Chodkiewicz, castellano Trocensi, Samogitiae capitaneo, enumerat causas, cur Bernardo, civi Caunensi, exportationem siliginis permittere non possit («communi consilio totius Ducatus nostri ordinum omnem frumenti evectionem interdictam esse usque ad festum divi Laurentii proximum, idque propter urgentem necessitatem, cum quod segetes adhuc crescentes messem satis parcam et tristem ostendere videantur, tum quod magna annonae hic caritas est; accedit insuper bellum Livonicum...»).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 106-107.

N. 4412.

E Regio Monte, 21.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Simone Loytz, cive Gedanensi, cui cum Ioanne Kostka, thesaurario Marienburgensi, negotium intercedit «de quibusdam bonis et possessio-

nibus agrorum», et qui ab eodem Kostka ad tribunal regium citatus 21.VII. comparere debet, intercedit et petit, ut, cum hoc tempore ipse eius opera «in procurandis rebus quibusdam bellicis» magnopere indigeat, hanc eius emansionem (non comparitionem) boni consulat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 108.

N. 4413.

E Regio Monte, 21.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

palatino Trocensi [Nicolao Radziwiłł «Rufo»]

nuntiat sibi a rege demandatum esse, ut cum exercitu suo intra fines Ducatus sui aliquandiu subsisteret.

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 109.

Palatino Trocensi, XXI Iulii.

Scribit se ad mandata regis cum suo exercitu subsistere. Ubi vero alii quiddam constitutum fuerit, hoc se illi significaturum.

Officia nostra amica etc.

Literas Illustritatis Vestrae, in Kupiski XIII Iulii datas, accepimus earumque sensum legendo cognovimus. Ac nolumus Illustritatem Vestram amice latere, quod S. Regia Maiestas Poloniae, Dominus noster clementissimus, nos cum nostro exercitu hic intra fines Ducatus nostri subsistere iussit. Quare S. Regiae Maiestatis eius iussu, dum aliter conclusum statutumve a Sua Maiestate fuerit, hic subsistemus. Ut primum autem evocati fuerimus, Vestram Illustritatem satis tempestive certiolem facturi sumus, quo tempore nostras copias cum Illustritate Vestra vel coniuncturi, vel ad eandem cominus accessuri simus. Quod Illustritatem Vestram amice celare nolimus. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

N. 4414.

E Regio Monte, 24.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

quod mortem fratris sui, archiepiscopi Rigensis, dolenter ferat, gratias agit et nuntiat de eis, in quibus rex consilium suum expetivit, Assuerum Brandt sententiam suam ei detecturum esse.

(Schedula: de litteris a genere suo, Ioanne Alberto duce Megapolensi, acceptis).

Cfr. El. XXXI, NN. 667, 668, 669.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 110-111.

Regi Poloniae, XXIII Iulii.

Gratias agit, quod interitum Reverendissimi Domini Archiepiscopi ita doleat. Quid vero faciendum nunc porro censeat, hoc S. Regiam Maiestatem Suam ex Asuero Brandt intellecturam esse.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Quemadmodum S. Regia Vestra Maiestas vivo Reverendissimo fratri meo, pro singulari quadam clementia atque arcta sanguinis coniunctione sua, optime consultum voluisse multoties contestata est, ita non modo mortem illius dolenter nunc illam ferre, sibi que non minus ac mihi acerbam esse intelligo. Quia vero inferiorem me esse agnosco, quam ut utrumque hoc condigna gratiarum actione assequi, multo minus demereri possim, Deum Optimum Maximum precabor, ut is S. Regiae Vestrae Maiestati horum omnium remunerator sit. Ego vero pro fide mea quantus sum, illud, quod praestare non datur, anniti tamen conabor. Etsi autem [f. 111] S. Regia Vestra Maiestas nuntium hoc de morte Reverendissimi fratris mei incertum adhuc esse scribit, tamen cum tristium rumor raro fallat, non potest non is casus pro fraterna sanguinis copula mihi maximo dolori esse. Potissimum autem eo nomine, quod communis fama est eum veneno ab hostibus extinctum esse. Quod si ita, uti credibile est, accidit, quid possit hominibus istis immanius esse, qui non tantum illegitima vi archiepiscopatu eiectum ac dignitate omni spoliatum in custodiam miserint, sed interfectione etiam animum suum expleverint, idque in maximum S. Regiae Vestrae Maiestatis vilipendium?

Quae res cum procul dubio acerba S. Regiae Vestrae Maiestati sit, sicut esse debet, facile nunc quid factu opus erit, dispiciet, atque ita, ut omnes nunc intelligant se et iniuriam, insolenter adeo consanguinei sui captivatione ac interitu, et sui quoque legati contra ius gentium interemptione sibi illatam, ferre non velle. Ceterum ad ea, in quibus S. Regia Vestra Maiestas per aliquot literas consilium meum expetivit, nuntius istic meus, Assuerus Brandt, propediem S. Regiae Vestrae Maiestati sententiam meam exponet. Quam tamen prudentiori S. Regiae Vestrae Maiestatis iudicio et consilio submitto. Atque haec S. Regiae Vestrae Maiestati properanter nunc rescribenda esse putavi. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

Cedula

Literis hisce iam obsignatis, literae ad me perlatae sunt a filio meo, Duce Megapolensi. Is quid velit, ad nuntium istic meum, Assuerum Brandt, perscripsi, a quo clementer id S. Regia Vestra Maiestas intelligere seque benignam praebere dignetur. Datae ut in literis.

N. 4415.

E Regio Monte, 24.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Przerembski, R.P. vicecancellario,

pro dolore eius, ex morte fratris sui, archiepiscopi Rigensis, concepto, gratias agit et rogat, ut regem hortetur, ne eiusmodi facinus inultum esse patiatur.

Cfr. El. XL, NN. 1549, 1554.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 112-113.

Vicerecancellario Przeremski. Mutatis mutandis Duci in Olika et Palatino Trocensi, XXIII Iulii.

Gratias agit, quod condeat morti Reverendissimi Archiepiscopi¹⁾, petitque, ut S. Regiae Maiestati hortator sit, ne hostes impune hoc facinus ferre patiantur.

Reverende ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Quandoquidem nihil humanarum rerum per se adeo triste est, ut non cohaerens vel coniunctum aliud quoque malum secum trahat, ita et nobis accidere videtur. In eo, dum casum Reverendissimi fratris nostri, quod is ab hostibus illegitime adeo archiepiscopatu eiectus esset, pro coniunctione fraterna dolemus, nobisque eius vicem communem facimus, tristius adhuc de eo mortuo nuntium nobis affertur. Quod etsi ex literis tam S. Regiae Maiestatis, quam Reverendae Generositatis Vestrae incertum adhuc esse intelligimus, solet tamen in rebus tristibus fama raro fallere. Utut autem res habet, non possumus tamen non ipsa affectione naturali, quae vel omnibus animantibus insita est, non dolere. Quem luctum cum Reverenda Generositas Vestra^{a)} communem sibi nobiscum esse ostendat, videtur eo ipso animi in nos propensissimi, cuius iam pridem non obscura testimonia perspecta nobis sunt, magis magisque contestari. Itaque hoc nomine maximas Reverendae Generositati Vestrae gratias agimus.

Et quoniam nobis constat, sicut pie ac prudenter a Reverenda Generositate Vestra dicitur, quoniam in loco mors temporalis numeranda vel habenda sit, facile quidem omnem consolationem, si quid lege [f. 113] naturali Reverendissimo fratri nostro accidit, admittimus. Sed quia de genere mortis variant nuntii in eo, quod a quibusdam asseritur esse eum ab hostibus veneno extinctum, alii balista interemptum vel fame confectum, multo nobis acerbius eius interitus foret, si horum altero e vivis sublatus esset, ita etiam, ut eum dolorem, quoad vita nobis superesset, animo exuere non possemus. Precamur autem eius Illustritati, si mortuus est, aeternam beatitudinem, per liberatorem et redemptorem filium Dei piis omnibus partam. Vindictam autem internecionis eius Deo et S. Regiae Maiestati committimus, qui suo tempore retribuet. Quia vero omnia ea, quae hostes satis insolenter in eo ipso fratre nostro exercuerunt, maxima ex parte in vilipendium et contemptum S. Regiae Maiestatis facta esse constat, non dubitamus S. Regiam Maiestatem Suam consanguinei sui nomine id facturam esse, quod et clementissimum Regem et propinquum decet. In quo iuvando etsi Reverendam Generositatem Vestram ultro propensam esse scimus, rogatam tamen illam facimus, ut quod S. Regiam Maiestatem pro dignitate et existimatione sua ac consanguinei Principis causa et velle et posse intellexerit, ad hoc hortator et suasor ei sit, ut ne impune aliquando hostes animum suum explevisse gaudeant. Qua in re Reverenda Generositas Vestra se dignum, nobis vero gratum factura. Quod amicis studiis nostris compensare immemores non erimus. Atque haec Reverendae Generositati Vestrae rescribenda esse putabamus. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

a) in ms. Vestrae

1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis, archiep. Rigensis.*

N. 4416.

E Regio Monte, 25.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

*Adamo Wilkanowski, castellano Wyszogrodensi,
pro senatu et omnibus incolis civitatis suae Neidenburgensis, «ab hominibus
Ducatus Masoviae» variis modis vexatis, intercedit et postulat, ut duobus
civibus Neidenburgensibus tres equi, «sine aliqua culpa vel causa» in
Przasnysz vi ablati, sine mora restituantur et dicti Masovitae in posterum
ab eiusmodi facinoribus cohibeantur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 109-110.

N. 4417.

S.l., 25.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

Erhardo a Kunheim

*rogat, ut speciale mandatum a rege impetret ad commissarios regios, castella-
num scil. Elbingensem, succamerarium Pomeraniae et capitaneum Grauden-
tinum, ad componendam finium controversiam inter capitaneatum
Brettichen (Bratian) in regali Prussiae parte situm et capitaneatus suos
Deutscheylau et Schönberg designatos, qui mandato generali hac in re
edito non obtemperaverunt.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 294-295.

N. 4418.

E Regio Monte, 26.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

*Petrum Paulum Vergerium, «episcopum sub pontifice exulem», apud se nunc
degentem, commendat et litteras eius mittit.*

Cfr. El. XL, N. 1554.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 113-114.

Duci in Olike, XXVI Iulii.

Commendat Vergerium, cuius litteras mittit.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

[f. 114] Quandoquidem Illustritatem Vestram doctis et eruditis viris, praecipue vero iis, qui puram Evangelii doctrinam profitentur, favere scimus, ut non tantum notitia eos sua dignetur, sed benevolentia quoque singulari complectatur, praetermittere non potuimus, quin reverendo et clarissimo viro Petro Paulo Vergerio, Episcopo¹⁾ sub Pontifice exuli, apud nos nunc agenti, de Illustritate Vestra verba faceremus. Qui arrepta occasione, et quod intellexerat Illustritatem Vestram ad legatum pontificium quae-

dam scripsisse, has ad Illustritatem Vestram literas dare constituit, illasque per nos mitti petiit. Itaque et literas eas mittimus, et virum clarissimum Illustritatis Vestrae notitiae ac benevolentiae maiorem quo possumus in modum commendamus. Est enim talis, ut magnorum hominum favore dignum ac non in postremo amoris loco habendum esse existimemus. Factura Illustritas Vestra rem nobis gratam. Quod reliquum est, Illustritatem Vestram rectissime valere exoptamus. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

1) *Petrus Paulus Vergerius erat primum ep. Modrusiensis in Croatia, deinde Iustinopolitanus (Capodistria, Koper) in Slovenia.*

N. 4419.

E Regio Monte, 28.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

tres equos, a rege sibi dono missos, per stipatorem regium, Vincentium Ruszkowski, sibi traditos esse nuntiat et pro hoc «honorario munere» gratias agit; voluntati regiae satisfacere volens, notum facit se eos homines, qui in servitio regis manent, ab expeditione bellica liberaturum et soluturum esse.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 115-116.

N. 4420.

E Regio Monte, 28.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo,

pro opera in liberando fratre suo, archiepiscopo Rigensi, adhibita gratias agit; de desidia Polonorum, qui plus otio indulgeant quam exercitiis militariibus, dolet.

Cfr. El. XL, NN. 1556, 1557.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 116-118.

Comiti in Tharnau, mutatis mutandis Martino Sborowski¹⁾ et Lucae de Gorcka²⁾, XXVIII Iulii.

Gratias agit, quod operam suam adeo benigne pro eliberando Domino Archiepiscopo Rigensi³⁾ obtulerit. Condolet autem iis, quae de seignibus ad militiam in Polonia animis deque dissensionibus scribit.

Illustris, Magnifice ac Generose, Amice et Frater nobis perchare.

Etsi multis iam adhinc annis Illustritatis Vestrae in nos singulare studium perspeximus, tamen magis magisque id ipsum contestari illam videamus in eo, dum rebus Reverendissimi fratris nostri periclitantibus benigne adeo subventuram se offert. Pro qua Illustritatis Vestrae in nos fratremque

nostrum benevolentia maximas ei gratias habemus, acturi aliquando re ipsa, ubi se nobis occasio obtulerit. Quia vero res eo iam deducta est, quod Reverendissimus frater noster in manus hostium pervenit atque (ut fama est) veneno extinctus esse dicitur, quod tamen certo adhuc affirmare non possumus, dubium nobis non est captivitatem Reverendissimae Illustritatis Suae et triste etiam fatum (si mortuus est) Illustritati Vestrae aequae ac nobis dolori fore. Quoniam vero rebus sic iam stantibus per transactiones negotium hoc compositum [f. 117] iri spes est, significandum illud esse Illustritati Vestrae duximus, ut ne adhuc opus sit ei suam, quam promittit, operam nobis navare, vel eo nomine sumptus inanes facere, sed ut tantisper subsistat, donec videamus, quemnam exitum tractatio habitura sit. Amice autem ac fraterne petimus, si res ad arma rursus inclinare videbitur atque Illustritatis Vestrae auxilia implorare coacti fuerimus, ut tum pro sua in nos benevolentia hoc ipso, quod illam haud gravatim velle intelligimus, nobis gratificetur. Quam Illustritatis in nos Vestrae propensionem perpetua gratitudine nostra compensare studebimus.

Ceterum non sine dolore animi nostri percepimus deplorari ab Illustritate Vestra desidiam hominum incliti Regni Poloniae, quod in tot tantisque hostium imminentium periculis rara adeo nunc sit rei militaris experientia, et quod plus otio indulgeatur quam exercitiis militaribus, quodque maximum est, animis etiam dissidere inter se plerosque. Quae res ut perniciosa iustoque dolore digna, ita cum maximo Regni periculo coniuncta esse videtur. Ac referre quidem plurimum arbitramur, ut rationibus appositis his malis occurratur, quandoquidem in magnis imperiis nihil desidia turpius, nihil intestinis odiis vel dissensionibus detestabilibus. Quibus ante omnia praecavendis tollendisque sapientis esse imperatoris Illustritas Vestra non ignorat. Quae cum supremo dignitatis gradu eo in Regno fungatur, non dubitamus, quin sua, quod facere illam scimus, consilia eo sit directura, ut ne illa ipsa communia et perniciosa Regni damna in vires maiores excrescant, sed levia haec, ut multis fortasse videntur, magnum autem plerumque incendiorum fomenta primo quoque tempore extinguantur. Quod Illustritati Vestrae non laudi modo cedet, sed ex salute totius Reipublicae erit. In quibus iuvandis ut quemvis non segnem ponere operam decet, ita cum et nobis nihil prius vel antiquius neque charius esse possit aut debeat, quam eius corporis incolumitas, cuius et nos quaecumque membrum, pro parte nostra et consulendo [f. 118] et iuvando nihil desiderari in nobis patiemur. Itidem ut quam plurimi faciant, exoptamus. Datae Regiomonti.

A. M[untzer].

1) *Martinus Zborowski, palatinus Calissiensis.*

2) *palatinus Brestensis.*

3) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*

N. 4421.

E Regio Monte, 31.VII.1556.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Vilmensi, M.D.L. cancellario,

pro subdito suo Christophoro Ottendorff, de cuius negotio per servitorem eius, Casparem Łacki, nunc mortuum, cum eo egerat, iterum intercedit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 118.

N. 4422.

E Regio Monte, 2.VIII.1556.

Albertus dux in Prussia capitaneo Maioris Poloniae [Ianussio Kościelecki] rogat, ut merces laneas, vulgo parchen vocatas, ad vestimentorum usum necessarias, a Leonardo Meyer, cive Cracoviensi, sibi ex Germania in Prussiam missas, et Posnaniae sine ulla causa detentas, extradi iubeat («cum ea detentio pactis communibus cum S. Regia Maiestate et inclito Regno Poloniae nobis intercedentibus maximopere adverse- tur»).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 119.

N. 4423.

E Regio Monte, 3.VIII.1556.

Albertus dux in Prussia Sigismundo Augusto regi Poloniae et, mutatis mutandis, Ioanni Bielewicz pro Ioanne Streckfuss, subdito suo Regiomontano, cui nobilis Nicolaus Bielewicz, subditus regius, debitam ei pecuniam «non modo non, ut debebat, exsolvit, verum insuper male ipsum verberibus affectit», intercedit et petit, ut dicto Bielewicz serio iniungat, quo subdito suo sine mora satisfaciat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 119-120.

N. 4424.

S.l., 6.VIII.1556.

Albertus dux in Prussia Gabrieli Tarło, magistro curiae reginae Catharinae, quod ad omnes eius litteras hactenus non responderit, se excusat et scribit eum ex Petro Myszkowski, nuntio regis ad se misso, omnia intellecturum esse; se contra spem sperare nuntiat regem contumeliam sibi factam et ludibrium, quo a Livoniensibus occisione legati sui laesus sit, inultum remanere non esse passurum; fratrem suum, archiepiscopum Rigensem, et marscalcum Livoniae commendat.

Autogr. Sigill.

Cfr. El. XLIII, N. 185.

HBA, B, K. 1176.

Grosgunstiger und geliebter freundt Derle.

Das ich euch bishero alle schreiben nicht beantwort und auch das neher bey zeigern mihr zugeschicket, bitte ich zum hogsten, wolt mihrs zu gut halten und warlich fylem eilen und unmussiger zeit beymessen. Nicht weniger aber versehe ich mich, ir werdet von dem hern Miskopsky¹⁾, was hie gehandelt und wy alles verbliben, allen bericht bekumen.

Weil euch aber bewust, wy alle sachen hero flissen und sehen, wy es gleichwol gehet, ich auch k.mt. von herczen gunte und nicht alleint gunte, sunder auch gern darzu hulfe, das k.mt. das erlangte, darumb itzunder eins theils leiden und ich mit ynen mich auch in gros unkosten eingelassen, doch auf k.mt. bedencken mich pillich auch bequeme. Ist meyn vertrauen noch zu k.mt., do ich den auch hoffe, wy der liebe Paulus sagt, wider hofnung, k.mt. hercz sey dahin geschlossen, das s.k.mt. den hon und spot durch gotlich gnad aufs iar nicht werde ungerochen und sich selbst vergleinnet lassen pleiben und ansehen, das der erlich man, der Luntschky²⁾, sein leben daran gelassen. So hoffe ich ie pillich, das k.mt. sich also verfast werde machen, damit aller unkosten s.mt. und unsrer aller, s.mt. diner, nicht vergewens angewandt und meniglich sehe, das s.mt. ein hercz habe, dardurch s.mt. nomen, wy s.mt. vorfarn, auch erkant und gesehen werde, s.mt.ku. gemute fursten und hern s.mt. mehr anhengich gemacht als abgeschlossen, und sich also darein richte, wy mans geben und nemen wolle. Den verstendigen darf [p. 2] man nicht fyl predigen. So lasse ich mich duncken, ich mercke bisweilen auch etwas, Got gebe, das mein mercken falsch sey und mich trige. Zweifel nicht, das ir euch auch in disem fal werdet zu halten wissen. Got sey mein zeug, das ichs mit meinem herren also meine, wy Got meyn sele meinen thut, und wolt gern, das s.mt. gros wurde. Wil aber s.mt. nicht, hab ich das mein gethon, werde aber ein ander mol mich bas furschen und bitte, wolt meinen bruder³⁾ und den hern marschalck⁴⁾ dermassen befelen, dardurch si zu sehen, das si unferfuret sein, ander auch s.mt. sofyl mehr trewlicher zu dinen verursacht, den ich besorge warlich, es mochten s.mt. allerley nachrede erfolgen wollen, dy ich nicht gern erfahren wolt. Ir wisset auch, das mihr der munt gesperret. Befelet mich k.mt. auf das dinstlichste. In eile den 6 Augusti anno 1556.

Der elter etc.

In dorso alia manu: Dem edlen und ernvesten, unserm besonder lieben Gabrieln Terla, ko.mt. zu Polen hoffmeistern, castellan zu Radom und heuptmann uff Chelm etc.

- 1) *Petrus Myszkowski, scholasticus Cracoviensis.*
- 2) *Caspar Łącki, legatus regis Poloniae a. 1556 in Livoniam missus et ibi interfectus.*
- 3) *Gulielmus, archiep. Rigensis.*
- 4) *Caspar a Münster, marscalcus Livoniensis.*

N. 4425.

E Regio Monte, 11.VIII.1556.

*Albertus dux in Prussia
Nicolao Maskowski, capitaneo in Szawle,
gratias agit, quod de statu fratris sui, archiepiscopi Rigensis, de rebus Livonicis et de Christophoro duce Megapolensi, coadiutore Rigensi, sibi perscripserit, et rogat, ut porro idem faciat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 120-121.

Albertus dux in Prussia

Bernardo Pretwicz, capiteano Trembovlensi,

pro binis litteris gratias agit; nuntiat se ad regem scripsisse et petivisse, ut ei liceret ad se cum equitibus venire, sed hoc sibi a rege bis negatum esse; de rege in negotiis Livonicis ambiguo et incerto queritur; dolet, quod causa sua duos pagos oppignorare coactus sit; pro diligentia in emendis sibi equis Turcicis adhibita gratias agit.

Cfr. El. L, NN. 568, 569.

Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 295-297v.

An Bernhart Pretwitzen, den 19 Augusti 56 etc.

Wir haben von euch undereins 2 schreiben, das eine lattinisch und das ander deutsch, bey eurem diener empfangen, welche bede nicht weit voneinander lauten. Nun thun wir uns erstlich fur euer schriftlich ersuchen bey eurem diener und unserm undersassen, auch hohe klagen, das ir dise zeit her nicht bey uns sein können, gantz gnedigen bedancken. Und wie wir euer deutsch schreiben verstehn, mercken wir leider, wie es gehet und das durch unsern g. hern und lieben oheimen und die gantz Chron Polen nicht zu den hendeln mer getrachet wie es wol vonnothen. Des dan [f. 295v] Gott so ergeben sein muss.

Weil ir euch aber zu erinnern, wess wir euch hiebevur zugeschriben und wir begeret und gebethen, so moget ir uns glauben, das wir nicht unterlassen, sobald unser schreiben an euch abgangen, auch an die ko.mt. zu schreiben und anzuzeigen, das wir euch, als zu dem wir uns in disem falle vil versehen, den wir auch hoften, die ko.mt. uns sonderlich in den gescheften, so sein mt. und gantze Chron mit angingen, nicht weigern wurde, geschriben und erfordert. Es haben uns aber die ko.mt. solchs zweymal abgeschlagen und angezogen, das man euch derorth der einfelle halben etc. Des wir dann also, ob es uns gleich leidt, und unangesehen, das wir je gerne euch, sonderlich weil die Eyfflender unsern [f. 296] geliebten brudern¹⁾ uberweldigt, und nicht allein uberweltigt, sonder auch s.l. in der feinde hende komen, bey uns wissen wolten, müssen geschehen lassen und Gott bevelhen.

Und wie dem allem, dieweil wir aus eurem schreiben befinden, das ir etlich ehrlich leuth besprochen und inen etzlich gelt geben, jedoch daneben im lattinischen, wess ir der Cossacken halben schreibet und darzu rathet, so sollet ir des gewiss sein, wann ir zu uns gelangen hetten mögen, wir wolten uns ir bericht mit euch, Cossacken oder ander leuth mit inen, in der besoldung wol vergleichen und gegen euer person uns den gnedigen hern erzeigen. Weil aber, wie obgemelt, die ko.mt. euch stracks nicht lassen will, habt ir zu erachten, wess uns in disem falle anderst ze thun sein will, als das wir uns der ko.mt. willen bequemen und euch euer treuen gewogenen dinstbarkeit halben gnedigen danck billich sagen.

So können wir euch daneben auch nit bergen, das man so schleferyg mit den sachen umbgehet, darob wir selbst dise stunde nicht wissen können, wess die ko.mt. [f. 296v] schliessen werden, ob sie fridt machen oder kriegen wollen, und müssen wir gleichwol mitlerweil nicht geringe unkosten treiben.

In gleichem ist uns hertzlich leidt, das ir unsernthalben 2 dorfer versetzen müssen. Hetten numehr gehoft, ir mit dinsten dermassen versehen, wie ir bey leben der hochloblichen alden ko.mt.²⁾ gewesen, darob ir in dem vermögen, das ir der versetzung nicht gedorft. Weil es aber geschehen und wir je nicht gerne euer person einige beschwerung ursachen wolten, ir aber gut wissen traget, das ir uns noch etwas zu thun, so wollen wir euch zu erstattung der aufgewandten unkosten solches alles mit gnaden erlassen. Und ob wir wol euer person, als die wir als uns selbst lieben, zu disem mal uns von der ko.mt. nicht verhoffen mögen, auch selbst nicht wissen, wess noch die ko.mt. ze thun bedacht, so wollen wir doch uns zu euch ver- [f. 297] sehen, do ir uns hernach mit bewilligung der ko.mt., wie ir dann selbst schreibet, das ir es ohne den koniglichen consens nit thun dorft, dienen kontet und möchtet, ir es mit treuen thun und es nicht underlassen werdet, so wollen wir uns auch gegen euch jederzeit als der gnedige herr erzeigen. Und begeren darauf gantz gnedigen, ir wollet diss unser schreiben nicht ungnedig von uns vermercken, sonder euch aller gnaden zu uns versehen, und do, wie wir nicht hoffen, ir durch die versatzung eurer dorfer den schaden leiden thetet, das dasjenige, wess wir euch dagegen erlassen, nicht zureichen wolte, habt ir uns dasselbe klerlich zuzuschreiben. So wollen wir uns gegen euch also erzeigen, das ir zu sehen, wir niemants gerne zu nachteil sein wolten.

Fur euer erbietet der turckischen rosse halben thun wir uns gnedigst bedancken. Und dorft ir euch derhalben nicht bemuhen oder uns solche zuschicken, alleine weil euch bewust, das euch Achatius Zeme etlich gelt darzu geschickt. So begeren wir mit gnaden, ir wollet darauf bedacht sein, das ir [f. 297v] ime dagegen pferde seinem bitten nach schicken moget. Weil wir auch gerne jederzeit neue zeitung und wie es derorth umb euch und mit dem Turcken gelegen, horen, wundert uns, das ir uns dismal nichts davon geschrieben. Begern aber mit gnaden, ir wollet uns jederzeit wess euch bewust zuschreiben etc.

Commissio Principis propria
Idem audivit
H. Sten[drich]

1) *Gulielmus, archiep. Rigensis.*

2) *Sigismundus I.*

N. 4427.

E Regio Monte, 3.IX.1556.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

rogat, ut cives Vratislavienses, qui residuum argenti, ab Alberto Rychwalski olim rapti, ex bonis eius compensandum petituri sunt, favore suo prosequatur et iustitiam indilatam eis administrari iubeat.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 121-122.

Regi Poloniae, III Septembris.

Petit, quod reliquum est rapti argenti, ex bonis Richvalski compensari.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Dubium mihi non est, quin S. Regia Vestra Maiestas memoria adhuc teneat aliquoties a me petitum esse, ut residuum argenti, quod quidam Richwalski in Regno Poloniae mandatariis meis in via regia rapuit, restitueretur, vel ex bonis eiusdem Richwalski mihi satisfaceret. Quibus tandem precibus meis atque aequitate ipsa S. Regia Vestra Maiestas adducta, reiteratis prioribus aliquot in ea causa mandatis, Capitaneo Posnaniensi iniunxit, ut is, semotis quibusvis dilationibus, satisfactionem plenariam ablati illius argenti de bonis Richwalski in effectu mihi praestari curaret. Quia vero circa illud ipsum tempus, cum posterius mandatum S. Regia Vestra Maiestas ad illum dedisset, contagium pestilitatis intervenit, propter quod eius negotii [f. 122] tractatio suspendebatur, conventum est nunc inter me et eos cives Vratislavienses, qui ex pacto mihi illud argentum advehere tenebantur, ut ipsi de recuperando eo, quod residuum adhuc est, apud S. Regiam Vestram Maiestatem sollicitatores et actores sint, plenamque eius repositi potestatem habeant. Ut autem id, quod iuris est et crebris tam S. Regiae Vestrae Maiestatis, quam divi parentis sui mandatis eo in negotio decretum est, executionem tandem suam sortiatur, petiverunt illi ipsi Vratislavienses, meis ut literis a S. Regia Vestra Maiestate illud expeterem, ut quod aequitas hoc in casu dictat, non laboriose consequantur. Quorum precibus in causa per se iusta abnuendum esse non putavi.

Itaque S. Regiam Vestram Maiestatem maiorem in modum oratam habeo, ut et auctores eos et negotium, quod proponunt, clementia et favore suo prosequatur, utque eius causae statu probe examinato iustitiam illis indilatam administrari iubeat, tametsi sciam S. Regiam Vestram Maiestatem etiam me non petente facere id solitam. Factura autem S. Regia Vestra Maiestas aequissimo Rege dignum, mihi vero gratissimum ac quovis observantiae studio vicissim demerendum. Quod reliquum est, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere exopto. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

N. 4428.

E Regio Monte, 3.IX.1556.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarto, magistro curiae reginae Catharinae,

de negotiis Livonicis nimis lente procedentibus dolet; litteras a regina Catharina sibi per Petrum Myszkowski allatas esse nuntiat et pro benevolentia reginali gratias agit; de marscalco Livoniae ab omnibus derelicto dolet et rogat, ut eum iterum regi commendet; non inconsultum sibi videretur esse, si ei rex interim, donec ad sua redierit, praefecturam Żyżmory in Samogitia concederet.

Autogr.

HBA, B, K. 1176.

Gancz geliebter freundt Derle.

Ich bedancke mich zum hogsten, das E.H. mihr zuschreiben, weil der her Miscowsky¹⁾ abermols botschaftweis an mich geschicket, nicht nachlassen wollen, das ir mich auch dise zeit, weil ich ane das fylfeltig bemuhet, weiter nicht beladen wollen. Bedancke ich mich nicht weniger, ab mich

wol ewer schreiben gar nichts beladen thut. Hab auch von dem herren Miskowsky genungsam der sachen gelegenheit erfahren, dy mihr furwar auch etwas zu herczen gehet; immer mehr beschlissen kan, ia auch schir so offenwahr, das mans greiffen mochte. Und ist niemant beschwerlicher als mihr, den ander leuten gib man wegen etc. So mus ich gelt den krigsleuten geben und noch etzlich monent zusehen, gelt spilen und ins wasser werffen. Ich meine es auch, so gut ich wolle und muge euch vertrawen, ich mit disem krig mit einhundert dausent gulden nicht zukumen werde. So gern wolt ich meinem hern und loblichen Kron gedinet sehen, fileicht ferdine ich auch wenich danck, wil gesweygen, ab mihr auch notdorftig geholten wurt. Und wen man einem trewen diner mit ein fun[f]czig tausend gulden zu hilfe kome, mocht ein gnediger willen gespuret werden, und ist mihr nicht lieb, das ir nicht in rotem, aber es pflaget also zu gehen, wen dy leut nit haben, dy thun, was er wil. Weis wol, das ewer stimme hend und fusse hat, das kan nicht iederman leiden, und gehet euch, wy dem guten hauptman von Tracke²⁾, mus nun auch im handel ausgeschlossen stehen. Das mihr warlich allerley bedencken macht, den dy unterhendler gefallen mihr nicht alle etc. Got gebe, das nurt k.mt. erstimation²⁾ nicht verseumet und wol bedacht werde etc. etc. etc. Wil gern dy gelegen zeit erwarten.

[p. 2] Meiner gnedi[g]sten frawen, der kunigin³⁾, briff hat mihr der her Miskowsky uberantwort, und hab im widerumb einen geben und kan der loblichen kunigin nicht genug verdancken ier gnaden kegen mihr. Den ewigen Got bitte ich, wolle der ewig beloner sein. Sage auch dem Herren lob und danck, das er uns christen einmol auch gnad mitgedeilet etc. Der helfe weiter. Amen. Eins zum beschlus kan ich euch unangezeigt nicht lassen, das ich sehe, wy der her lantmarschalck⁴⁾ verlassen, und das thut mihr im herczen wehe. So wisset ir auch, was ich euch auf k.mt. befelich vertrauet, und werde auf ein ander zeit leuten bedencken machen zu dinen, wen kein ander belonung volgen solte.

Bitte zum hogsten als ich sol und kan, ir wollet bey k.mt. verhelfen, das sein erwird nicht verlassen, den k.mt. nymbt sich seiner pillich an wider den rumorem^{a)}, der sol der meister werden. Wurt k.mt. mit der zeit sehen den nucze, so volgen wurt, und bitte, das im doch k.mt. mit einem par dausent daler helfe, den er hat gar nichts mehr, und das er weiter moge erhalten werden, kunt k.mt. nichts schaden, ab er ym Zissmora⁵⁾ eingebe bis im wider zu dem seinen mocht geholten werden etc. Das bitte ich durch Got, wollet k.mt. mit trewem fleis einbilden und meiner im besten bey k.mt. nicht alleint, sunder auch bey andern herren in der Kron vordern helfen, das man doch nicht so schlefferich mit den hendlen umbging und meins herren estimation wol bedacht, wy den der her von Ternoft⁶⁾ k.mt. wol geraten. Befele euch hiemit Christo, unsserm herren. Gar eilich Kunigspurgk den 3 Septembris 1556.

Der elter etc.

a) in ms. rumorer

2) sic in ms.

1) Petrus Myszkowski, scholasticus Cracoviensis.

2) Nicolaus Radziwill «Rufus», pal. Trocensis, exercituum M.D.L. cap.

3) Catharina.

4) Caspar a Münster.

5) Żyźmory, opp. in districtu Trocensi.

6) Ioannes Tarnowski.

N. 4429.

E Regio Monte, 7.IX.1556.

*Albertus dux in Prussia
capitaneo Camenecensi et Linensi (?)
rogat, ut bovem unum anno superiore («cum acti ad nos essent ex Mazoviae
Ducatu boves aliquot») apud eum relictum servitori suo extradat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 123.

N. 4430.

E Regio Monte, 10.IX.1556.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
pro nobili Reinholdo Crocau, qui immunitatum quarundam in Polonia privi-
legium olim a rege consecutus est, nunc autem «magnatum quorundam
suasu adolescentiam suam aliquot adhuc annis omni virtutum genere
variarumque rerum cognitione excolere constituit, ut S. Regiae
Vestrae Maiestati et patriae suae ornamento esse possit», intercedit et
petit, ut eiusmodi privilegio interea temporis gaudere possit et «tantisper
dum in exteris regionibus viveret», alteri ius suum in usum concedere
queat.*

*(Sub textu: Mutatis mutandis pro eodem Reinoldo scriptum est Ioanni
Oczieski, Supremo Cancellario, et Regni Poloniae Thesaurario [Spyt-
coni Jordan de Zakliczyn] et Wargawski, Canonico Cracoviensi).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 123-124.

N. 4431.

E Regio Monte, 11.IX.1556.

*Albertus dux in Prussia
Stanislao Lutomirski, pastori Koninensi,
nuntiat se militem mercenarium, his periculosis temporibus conscriptum, sti-
pendiis suis alere; de statu eius tristi et afflicto dolet ipsumque consolatur;
promittit se per nuntios suos curaturum, ut in proximis Regni Comitiiis
eius ratio aliqua habeatur.*

Cfr. El. XL, N. 1558.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 125-126.

Stanislao Luthomirski, XI Septembris.
Scribit se militem mercenarium alere. Item condolet illius sorti adver-
sae. Item pollicetur se legatis suis ad Comitata mandaturum, ut ratio-
nem illius habeant.

Generose ac Venerabilis, sincere nobis dilecte.

Accepimus Generositatis Vestrae prolixas literas, XVII Augusti in oppido Conin datas, ex quibus principio cognovimus Generositatem Vestram ex fama atque rumore de his bellorum motibus, quibus hoc tempore implicati sumus, magnam molestiam percepisse, post autem ex sui famuli literis cognovisse nos sancta pace beataque frui quiete. Utinam quidem liceat nobis ad finem usque vitae nostrae pace et tranquillitate frui, nihil ea re accidere posset nobis iucundius. Sed cum nunc varia et periculosa instent tempora, necesse est nos rebus nostris invigilare diligentius et pro defensione tum nostri, tum subditorum nostrorum militem mercenarium, quem in his rerum difficultatibus subito conscripsimus, magnis stipendiis et sumptibus alere, quod multo arte libentius, si ullo pacto citra incommodum et periculum nostrum fieri posset, evitare vellemus. Itaque Generositas Vestra sciat nos non admodum tranquille et in pace nunc dege-
re, sed intra arma quodammodo versari.

Ceterum et Generositatis Vestrae statum tristem illum quidem, afflictum ed indignum, animo dolente cognovimus. Ac quia haec christianorum omnium sors est, adeoque inevitable fatum, ut sub cruce exercentur, iuxta divum Paulum, omnes, qui pie vivere volunt, in Christo persecutiones perferant necesse est. Non dubitamus Generositatem Vestram has afflictiones omnes moderate laturam ac patientia superaturam esse, atque aeterna bona, quae per Christum nobis pacta sunt, multo pluris facturam, quam momentanea ista et vanitati subiecta commoda, [f. 126] certo sperans Deum Optimum Maximum suo tempore finem his rebus facturum, has calamitates et tristitias omnes aut prorsus sublaturum, vel ad preces piorum mitigaturum saltem. Quare Generositatem Vestram ad constantiam in perseverando hoc pio et laudabili suo proposito, nempe in evulganda et amplificanda gloria divini nominis et propagando verbo, etsi nullo monitore indiget, tamen etiam atque etiam hortamur.

Quod ad petitionem Generositatis Vestrae attinet, quod possumus dabimus operam, ut in his Regni Comitibus apud S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, per nuntios nostros eo ablegandos, quantum quidem hoc tempore per negotia publica licebit, Generositatis Vestrae ratio aliqua habeatur. Eidem enim clementer consultum cupimus. De libellorum suorum editione Generositas Vestra ex praesentatore famulo cognoscet. Haec responsi loco Generositati Vestrae rescribenda duximus. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius].

N. 4432.

S.l., 15.IX.1556.

Albertus dux in Prussia

*Stanislao Myszkowski, capitaneo Marienburgensi,
de regis Daniae et ducum Pomeraniae legatione in Livonia peracta ex litteris
suis ad regem datis eum omnia procul dubio intellecturum esse putat et
sperat eum eadem negotia apud regem promoturum esse; notum facit se
nuntios suos ad proxima Comitia Varsaviensia esse missurum.
Ostpr. Fol., vol. 45, ff. 297v-298v.*

An Stanislaum Miskofski, den 15 Septembris.

Wess des durchleuchtigen etc. konigs zu Denmarck etc.¹⁾ gesanthen von s.ko.w. in irer ankonft alhie anbracht, desgleichen auch wess der hertzogen von Pommern²⁾ geschickten auf ire abgelegte legation aus Eyff- [f. 298] landt widderumb einbracht, werdet ir zweifelsfrey aus unserm schreiben, so wir derwegen an die ko.mt. zu Polan etc. gethan, als irer ko.mt. geheimster rath und diener zu vernehmen haben, demnach wir euch mit gedoppeltem lesen zu beschweren gantz unnötig geachtet und seint gentzlicher zuversicht, wie wir dann auch gantz gnedigist sinnen, ir als hochgeanter ko.mt. getreuer rath werdet jungster abrede nach dise sachen eur von Gott verlihenen geschickligkeit nach dahin befördern helfen, weil der anstandt, so durch die pommerischen rethe abgehandelt, dennoch gefeulich, das die ko.mt. in deme nichts bewillige, des irer ko.mt. estimation oder unserm geliebten brudern, dem ertzbischofe zu Riga³⁾, uns und andern zu nachteil, verkleinerung und schimpf gereichen mochte. Dieweil dann uns disfals euer treuheit bewust und bekant, erwegen wir bey uns gantz unnötig, euch davon weitleufig zu schreiben oder zu ersinnen, und stellen es in euer bescheidenheit und treu meinung.

[f. 298v] Hirneben können wir euch nicht pergen, das wir unsere rethe und gesanthen uf den angesetzten reichstag gegen Warschau in disen, auch andern unsern obligenden notwendigen gescheften schicken werden. Begehren derhalben gantz gnedigist, ir wollet nicht allein in guter ersprieslicher abrichtung derselben unserer gesanthen mit gegebenem handel ein gunstiger treuer förderer sein, sondern euch auch nicht beschweren, inen forderlich zu sein, damit sie [in] irer ankonft gute bequeme herberg bekhomen mögen. Solchs etc.

Relatio secretarii
Secretarius legit
A. Hack

1) *Christianus III.*

2) *Barnim IX et Philippus I.*

3) *Gulielmus.*

N. 4433.

E Regio Monte, 19.IX.1556.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
Fridericum Speth, equitem auratum, marchionum Brandenburgensium nuntium, commendat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 126-127.

N. 4434.

E Regio Monte, 23.IX.1556.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
Ioannem Seclucianum, verbi ministrum, eiusque negotium commendat.*

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 127.

Regi Poloniae, XXIII Septembris.

Pro Ioanne Secluciano. Mutatis mutandis Martino Sborowski et Ioanni Luthomirski.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Profecturus ad S. Regiam Vestram Maiestatem honestus hic et fidelis verbi divini minister meus Ioannes Seclutianus, subditus S. Regiae Vestrae Maiestatis, petiit se S. Regiae Vestrae Maiestati commendari. Eum tametsi ingenio suo et diligentia, quam in propagandis sacris literis sedulo impendit, antea S. Regiae Vestrae Maiestati commendatum esse sciam, praetermittere tamen non potui, quin meas illi ad S. Regiam Vestram Maiestatem literas darem. Maiorem autem in modum peto, dignetur S. Regia Vestra Maiestas ipsum eiusque negotium, quod exponet, vel meis adducta precibus sua clementia prosequi, ut se intercessione hac mea, quam sibi plurimum profere sperat, adiutum gloriari possit. Factura S. Regia Vestra Maiestas rem mihi gratissimam ac paratissimis obsequiis meis demerendam. Quam reliquum est, S. Regiam Vestram Maiestatem feliciter valere exopto. Regiomonti.

A. M[untzer]

N. 4435.

E Regio Monte, 24.IX.1556.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Gedanensibus et Elbingensibus religionis causa oppressis et vexatis.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 128-129.

Regi Poloniae.

Mutatis mutandis scriptum est Stanislaeo Miskowski, Martino Sborowski et Lucae Comiti et²⁾ Gorkaw in causa religionis Gedanensium et Elbingensium, 24 Septembris.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Etsi memini me hactenus aliquoties de gravaminibus, quae Gedanenses et Elbingenses religionis causa perferunt, ad S. Regiam Vestram Maiestatem scripsisse, pro fide tamen mea denuo id mihi reiterandum iam videbatur, praecipue cum intelligam eos ipsos S. Regiae Vestrae Maiestatis subditos hoc nomine intestinis flagrare exacerbationibus. Queruntur enim plerique mandata intollerabilia instinctu quorundam contra ipsos edi, maioremque in modum conscientias illorum coarctari ac premi. Quae res cum tempore hoc turbulentissimo non in postremis habenda videatur, pro ea fide, quam S. Regiae Vestrae Maiestati debeo, submonendam esse illam duxi, ut ne permitteret eas civitates in unius aut alterius gratiam ita praegravari negotiumve religionis, rebus sic iam stantibus, tantopere urgeri. Consideret S. Regia Vestra Maiestas, quantum momenti in iis urbibus situm sit, quantumque periculi pacatis etiam temporibus ex eiusmodi animorum exulceratione metuendum veniat. Probe novit S. Regia Vestra Maiestas, quam animi hominum ad libertatem aspirent, ut per [f. 129] quamcumque occasionem iugum cervicibus excutere nihil magis cordi habeant. Quod etsi de illis ipsis S. Regiae Vestrae Maiestatis subditis minime suspicandum sit, tamen non negligendum quoque videtur, praeci-

pue cum in eiusmodi populosis urbibus, exterarum nationum hominibus refertis, varia sint ingenia, quorum instinctu multa subornari possunt.

Quam ob rem fideliter consulo, ut S. Regia Vestra Maiestas eas urbes non in extrema curarum suarum parte habeat, nihil quoad religionis negotium sive in hoc conventu vel alias gravius in eas statui patiatur, sed ita temperet omnia, ut ne quid inde gravaminis ei emergat. Factura S. Regia Vestra Maiestas rem pernecessariam, subditosque suos, alioqui ad omne fidelitatis obsequium promptos, ad oboedientiae debitum hac ratione ardentiores multo redditura videtur. In quo demerendo nihil studii quoque mei desiderabitur. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

z) sic in ms.

N. 4436.

E Regio Monte, 28.IX.1556.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Junosza, succamerario Wyszogrodensi, nuntiat se commissarios suos deputasse ad componendas dissensiones inter eum et tutores impuberum Ioannis Goliński liberorum intercedentes et postulat, ut, cum ab eisdem commissariis vocatus fuerit, coram eis comparere velit.

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1571.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 129-130.

N. 4437.

E Regio Monte, 3.X.1556.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario, pro benevolentia Petro Paulo Vergerio exhibita gratias agit ipsumque iterum commendat; studia eius in se comprobata vicissim demereri promittit.

(Schedula: pro opera in negotiis Livonicis praestita gratias agit; litteras ducis Megapolensis mittit).

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 130-133.

Duci in Olika, III Octobris.

Commendat Vergerium et gratias agit pro oblata benevolentia.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Litterae Illustritatis Vestrae, per nobilem et egregium Andream Tricesium¹⁾ ad nos missae, non potuerunt nobis non esse incundissimae. Nuntiabant enim, quod Illustritas Vestra Reverendissimum virum, Dominum Vergerium, Episcopum olim Iustinopolitanum, non tantum propter illius doctrinam et praestantiam, verum etiam nostris adducta precibus amore suo complexa esset. Quo argumento ut Illustritas Vestra non obscura pietatis suae testimonia, in ipsa iam pridem conspicua, edere videtur, ita rem nobis

adeo gratam praestitit, ut quam gratissimam. Faxit Deus, ut quae inter Illustritatem Vestram et egregium hunc atque pietate insignem virum, licet a facie ei adhuc [f. 131] ignotum, coepta amicitia nunc illius praestantia stabiliatur ac in perpetuum duratura confirmetur. Eum autem ipsum Vergerium, etsi ita iam Illustritati Vestrae commendatum esse intelligimus, ut commendatione porro aliqua indigere non videatur, pro singulari tamen amore in illum nostro facere non potuimus, quin vel mentione saltem illius Illustritatem Vestram ultro in ipsum propensam magis magisque ad amandum eum incitarem. Quo autem chariorem illum habuerit, eo plus amore dignum esse cognoscet.

Ceterum ex eodem Tricesio praedicto intelleximus, quo in nos Illustritas Vestra affectu feratur ac quantopere sua nobis studia comprobata cupiat. Quae omnia ex Illustritatis Vestrae fraterni in nos amoris abundantia, quam hactenus multis argumentis contestata est, proficisci facile colligere possumus. Quia vero in demerendis illis inferiores nos esse arbitramur, conabimur, ut ne tamen in redamanda atque colenda Illustritate Vestra alius ita facile nobis palmam praeripiat. Pro ea enim, quae nobis cum Illustritate Vestra fraternitatis intercedit amicitia, nihil tamen ex omni parte beatum, nihil in nominis celebritate adeo eximium seu existimationis amplitudine, fortunarum denique omnium successibus excellens Illustritati Vestrae obvenire potest, quod nos ei ex animo non faveamus, multoque his uberiora Illustritati Vestrae accrescere peroptemus.

Ad extremum illud sibi Illustritas Vestra de nobis polliceatur, quocumque officiorum genere honeste Illustritati Vestrae gratificare poterimus, nullam nos in eo nobis occasionem elabi passuros esse. Quo autem crebrius Illustritas Vestra qualicumque opera nostra usa fuerit, eo nobis factura gratius. Atque haec Illustritati Vestrae rescribenda esse duximus. [f. 132] Cui nos Reverendissimumque fratrem nostrum²⁾ iterum atque iterum amice ac fraterne commendamus. Ipsam vero Illustritatem Vestram diu salvam et incolum esse percupimus. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

Cedula

Gratias agit pro opera in Livonicis negotiis impensa. Item non opus esse scribit excusatione, petitque, ut quod confore adhuc sperat, iuvet. Item mittit literas a Duce Megapolensi³⁾ scriptas.

Alteras etiam Illustritatis Vestrae literas accepimus, cum consiliario et internuntio nostro Assuero Brandt etc. ad nos missas. Ex quibus necnon relatu eiusdem internuntii nostri intelleximus, quam Illustritati Vestrae curae fuerit negotium Livonicum, atque hanc rebus illis ab ea diligentiam impensam esse, quam de Illustritate Vestra semper nobis polliciti sumus. Quod vero ex sententia pleraque ita, ut cupivit Illustritas Vestra, non ceserint, id tempori potius imputandum esse arbitramur, quam ut de Illustritate Vestra malevolis, ut ipsa scribit, calumniandi locus apud nos faciendus, vel de ipsa aliquid suspicandum esse videatur, siquidem de ipsa aliud nihil, quam quod ab amico et fratre sincero et candido, nobis persuademus. Neque Illustritas Vestra etiam visa est nobis aliter agere. Itaque tanta innocentiae ad nos contestatione opus non fuisset, culpa namque vacare optimum est solatium. Exoptamus autem, ut quod Illustritas Vestra cum dignitate confectum adhuc iri sperat, Deo providente et auxiliante rectissime succedat, utque ante omnia id salva et illaesa S. Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, existimatione fiat. [f. 133] Eius enim non

minor nobis ratio habenda videtur, ac si res de salute nostra ageretur. Integra enim Regiae Maiestatis dignitate, facilis ad alia modus se offeret.

Atque haec brevibus Illuſtritati Vestrae rescribenda esse putavimus. Cuius procurationi quam possumus maiorem in modum afflictas res Reverendissimi fratris nostri committimus, daturi operam, ut quicquid in eius Reverendissimam Illuſtritatem, satis indigne nunc oppressam, laboris, studii seu diligentiae contulerit, in amicum Principem contulisse aliquando intelligat.

Ad extremum latere Illuſtritatem Vestram nolumus accepisse nos ab Illuſtri Domino Megapoliae Duce literas hisce inclusas, quas Illuſtritati Vestrae mittimus. Ad eas si quid respondere volet^{a)}, poterit illud ad nos perferendum curare. Datae ut in literis.

A. M[untzer]

a) in ms. volat

1) Andreas Trzeczieski iunior († 1584)

2) Gulielmus archiep. Rigensis.

3) Ioannes Albertus.

N. 4438.

E Regio Monte, 8.X.1556.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Gradowski, tenulario Dyrwianensi,

nuntiat se accepisse literas regias, quibus de iniuria factori eius a civibus Memelensibus illata queritur; cum tamen et altera pars audienda sit, se senatui Memelensi scripsisse, ut «huius rei certitudinem» sibi perscriberet.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 133.

N. 4439.

S.l., 10.X.1556.

Albertus dux in Prussia

Lucae a Gôrka, palatino Brestensi,

negotium Matthiae Wołyniec, civis Posnaniensis, cuius unicus filius [Sebastianus] in Regio Monte (ubi in Academia istic existente bonis litteris ediscendis operam dabat) interfectus est, iudicio competenti se commisisse nuntiat, daturus operam, «ut id in eo negotio statuatur, quod iustitia et aequitas dictabit».

(Latine)

Cfr. El. XL, NN. 1563, 1591, 1688.

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 134.

N. 4440.

E Regio Monte, 12.X.1556.

*Albertus dux in Prussia
Stanislao Ostroróg et, mutatis mutandis, Martino Zborowski, Ioanni Tomicki,
Iacobo Ostroróg, Ioanni Krotowski
duos falcones dono mittit.*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1570.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 136-137.

N. 4441.

E Regio Monte, 13.X.1556.

*Albertus dux in Prussia
regi Galliae [Henrico II] et, mutatis mutandis, regi et reginae Angliae [Phi-
lippo et Mariae]
octo falcones dono mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 134-135.

N. 4442.

E Regio Monte, [13.X.], 1556.

*Albertus dux in Prussia
Galliae comestabili [Annae Montmorency] et, mutatis mutandis, Gulielmo
Pageto
quattuor falcones dono mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 135-136.

N. 4443.

E Regio Monte, 14.X.1556.

*Albertus dux in Prussia
Lucae, Andreae et Stanislao a Górká
duos falcones dono mittit.*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1569.

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 137.

N. 4444.

E Regio Monte, 19.X.1556.

*Albertus dux in Prussia
universis*

litterae testimoniales pro Simone Loytz, cive Gedanensi, quibus testimonium perhibetur, cur idem Loytz in termino sibi dicto coram tribunali regio Vilnae personaliter comparere non potuerit (in causa, quae ipsi cum castelano Gedanensi, Ioanne Kostka, intercedit).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 138-139.

N. 4445.

E Regio Monte, 22.X.1556.

*Albertus dux in Prussia
universis*

testatur se viginti millium florenorum summam, sibi a rege prius promissam, nunc per aulicum regium, Christophorum Konarski, accepisse.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 140.

N. 4446.

E Regio Monte, 24.X.1556.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

gratias agit, quod responsum legatis Danicis datum secum communicaverit, ea, quae ad bellum gerendum necessaria sunt, parari iusserit et se certiorum facere voluerit, quid de rebus Livonicis ad imperatorem scripserit; rogat, ut Achatium Czema, partes archiepiscopi acturum, non in Livoniam, sed Vilnam vel Caunam, seu in eum locum mittat, qui utrique parti idoneus videbitur.

Cfr. El. XXXI, N. 676.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 143-144.

Regi Poloniae, XXIII Octobris.

Gratias agit, quod res Reverendissimi Archiepiscopi Rigensis¹⁾ afflictas clementer sibi curae habeat. Item quod responsum Danicis legatis datum communicarit. Item quod Palatinum Marienburgensem²⁾ Domini Archiepiscopi partes in tractatibus agere velit.

Serenissime Rex, Domine Clementissime.

Etsi multis hactenus argumentis curam S. Regiae Vestrae Maiestatis in rebus Livonicis procurandis perspexi, tamen magis magisque confirmari id ipsum video. Quod enim ea, quae ad illam de tractatibus legatorum Daniae Regis³⁾ scripsi, non modo comprobare^{a)}, verum etiam quid et eidem Serenissimo Regi et legatis ipsius responderit, mihi communicare dignata est,

inde summam S. Regiae Vestrae Maiestatis in me clementiam colligo. Utinam ea mearum rationum esset conditio, ut condigne id demereri possem. Ceterum quod S. Regia Vestra Maiestas, ubi Livonienses pacem amplexi non fuerint, in omnem eventum ea, quae ad bellum necessaria sunt, parari iusserit, ac quomodo se res Livonienses habeant, ad S. Imperatoriam Maiestatem⁴⁾ perscribere constituerit, in eo laudanda est S. Regiae Vestrae Maiestatis singularis prudentia, magno et sapiente Rege dignissima.

Denique quod pro eo, quo in Reverendissimum Dominum Archiepiscopum Rigensem fertur amore, in tractatibus partes eius se clementer acturam atque ei muneri, sine meo etiam rogatu, Magnificum Dominum Palatinum Marienburgensem praefecturam pollicetur, dummodo a me prius certior fiat, utrum [f. 144] eum in Livoniam vel Vilnam mittere debeat, pro eo, sicut aliis omnibus, maximas S. Regiae Vestrae Maiestati gratias ago. Videtur autem mihi Dominum Palatinum non in Livoniam mittendum, siquidem istic commode tractatus haberi posse non existimo, sed praestare arbitror, ut S. Regia Vestra Maiestas eum vel Vilnam vel Caunam, sive in eum locum mittat, qui et a S. Regia Vestra Maiestate et a Livoniensibus transactionibus idoneus visus seu designatus fuerit.

Postremo si Regia Vestra Maiestas omnino volet eum ipsum Dominum Palatinum hoc munere fungi (in quo Reverendissimo Domino Archiepiscopo rem apprime gratam factura est), in tempore ei indicandum id esse puto, ut se eo rectius accingere itineri et rationes suas ad hoc disponere possit. In quo S. Regia Vestra Maiestas, quid et sibi et Reverendissimo Domino Archiepiscopo expedire iudicaverit, prudentius me providebit. Atque haec S. Regiae Vestrae Maiestati respondenda esse duxi. Quae et bene et feliciter valeat. Datae Regiomonti ut supra.

A. M[untzer]

a) in ms. eam probare

1) Gulielmus marchio Brandenburgensis.

2) Achatius Czema.

3) Christianus III.

4) Carolus V.

N. 4447.

E Regio Monte, 24.X.1556.

Albertus dux in Prussia

R.P. vicecancellario [Ioanni Przerembski]

pro prompta eius in se voluntate gratias agit et rogat, ut negotium, de quo ad regem per Christophorum Konarski, aulicum regium, litteras dedit, ita promoveat, quo petitionis suae compos efficiatur.

(Latine)

Cfr. El. XL, NN. 1565, 1568.

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 141.

N. 4448.

E Regio Monte, 24.X.1556.

Albertus dux in Prussia

R.P. cancellario [Ioanni Ocieski]

pro benevolo in se et in fratrem suum, archiepiscopum Rigensem, animo,

quem ex litteris, per Christophorum Konarski sibi missis, clare perspexisse se scribit, gratias agit.

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1564.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 141-142.

N. 4449.

E Regio Monte, 24.X.1556.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Tęczyński, palatino Cracoviensi,

adulescentem illum, ab eo sibi, cum Varsaviae esset, commendatum, quem secum in Prussiam deduxit, «ut bonis artibus ac literarum studiis operam navaret», tam «flagitiosum vitae genus sectari», ut «praeter turpiter lusum et inhonestas conversationes nihil pensi habeat», nuntiat et rogat, ut eum domum revocandum curet.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 142-143.

N. 4450.

E Regio Monte, 29.X.1556.

Albertus dux in Prussia

Gabrieli Tarlo, magistro curiae reginae Catharinae,

gratias agit, quod de statu infelici marscalci Livoniae sibi scripserit, eo vel magis, quod iam rumor sparsus sit de novo marscalco a coadiutore magistri Ordinis Livoniensis nominato; regis Daniae legatos in Livoniam missos esse nuntiat; regem quoque Poloniae tractatus de negotio Livonico permisisse.

Autogr.

HBA, B, K. 1176.

Edler und grosgunstiger, geliebter und guter freunt.

Das ich euch bisdohero auf yer schreiben mihr bey Kunheim gethon nicht wider geantwort, bit ich, wolt mihr gutwillich zu gut halten, den ich het euch gern damit etwas mitgeschicket.

Wywol ich nun aus ewerm schreiben vermercket, das ir nichts besonders gehabt und euch auf Kunheim und Brant referiren thut, wy sy mich den allerley berichtet, ist mihr doch von E.H. zu sunderm freuntlichem danck beschehen, das ir mihr des herren lantmarschalcks¹⁾ zustandt mitgeteilet, den der gut erlich man, weis ich, das ers mit k.mt. gut gemeinet und umb desselben willen zu seiner zeit leiden mus, das bereit der rumor, coadiutor²⁾ einen andern lantmarschalck gemacht, den kumptor zu Goldingen³⁾. Und solt k.mt. den frumen man verlassen, were er ubel ferfuret, wy yr den alle umbstende wisset. Hab auch gern erfahren, das k.mt. ym 1200 fl. geben monentlich. Es wurt aber auch nurt hoch vonnoten sein, das es auch gewis gefalle: den ferlest in k.mt., so wurts s.mt. einen abfal geperen, hilft aber ym k.mt., so macht sy yr in der landart fyl anhengich und zu dinern etc.

Wy dy grigsleufte gelegen, zweifel ich nicht, yr wissets, das k.w. aus Denmarckt⁴⁾ gesanten in Eiflandt verreiset. K.mt., m.g.h., auch dy unterhandlung mitmassen gestatet und entlich zu Warschaw beschlossen, vorderlich k.mt. beweiste schmachte zu rechnen und nicht ansagen lassen, das s.k.mt. nurt zum vorderlichsten darzu thun wolle. Der liebe Got verleihe gnad, segen und sig darzu umb Christi willen, unssers hern. Mihr ligen reuter und knecht beschwerlich noch aufm hals mit grossen unkosten. Den abwol s.k.mt. mihr gnade erzeiget, wy E.H. wissen, ist mihr doch wol funff mol sofyl dise zeit hero darauf geloffen. Verhof aber noch mehr von s.k.mt. gnaden und bitte, yr wolt darzu ein guter gunstiger vorderer sein.

[p. 2] Was nun eingelegten zettel, k.mt., meiner gnedi[g]sten frawen⁵⁾, begern an mich, belanget, hab ich k.mt. begern, wywol es unvonnoten genung gethon, wy ier mt. beiligend zu sehen, und bitte, das irs nunmehr auch vordern wollen.

Was Kunheim belanget, versehe ich mich, ich hab yme und seinen brudern dy gnad erzeiget, dy nicht geringscheczig. Des wil ich zu Gottes gnad, ewer furbit auch nicht gar vergessen werde. Bitte, wollet mich k.mt. dinstlich befelen und mein alwegen im besten gedencken, auch kegen dem frauzimmer, und wollet hyrmit Got befolen sein. In eyle Kunigspurgk den 29 Octobris anno 1556.

Der elter marggraff und in Preussen etc.
herzog etc.

In dorso manu ducis Alberti: Dem edlen hern Gabriel Darlen, k.mt., meiner gnedi[g]sten frawen etc., hofmeister und etc.

- 1) *Caspar a Münster, marscalcus Livoniensis.*
- 2) *Gulielmus a Fürstenberg, coadiutor magistri Livoniae.*
- 3) *Christophorus a Neuenhof, cognominatus a Leve (von der Leye).*
- 4) *Christianus III.*
- 5) *regina Catharina.*

N. 4451.

E Regio Monte, 2.XI.1556.

Albertus dux in Prussia

Hieronymo Chodkiewicz et, mutatis mutandis, «capitaneo Crassensi» [Stanislao Skaszewski, capitaneo in Kroze]

pro Michaele Biberneck, subdito suo, intercedit et rogat, ut, sicut antea liberum ei fuit negotiationes in Lithuania et Samogitia exercere, eadem negotiandi et mercandi libertate nunc etiam uti possit (nam et «Lithuanis seu Samogithiae hominibus libera in Ducatu quoque nostro fuisse et adhuc esse mercimonia constat»).

(Latine)

Ostrpr. Fol., vol. 55, ff. 144-145.

N. 4452.

S.l., 2.XI.1556.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Koppen, civi Gedanensi, factori regio in Samogitia,
nuntiat se regi et reginae decem sexagenas carpionum speciali navigio dono
misisse.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 43, f. 224.

N. 4453.

E Regio Monte, 3.XI.1556.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
quinque sexagenas carpionum, ex piscinis suis hoc autumno captorum, dono
mittit.

(Sub textu: Mutatis mutandis Reginae Poloniae [Catharinae], Vicecancellario [Ioanni Przerembski] tres sexagenas).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 149.

N. 4454.

E Regio Monte, 3.XI.1556.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Gradowski, tenutario Dyrwianensi,
narrat rationes, cur iudex suus Memelensis telonearium Crettingensem, qui
Samogitiensem quendam praetextu non soluti telonei verberibus affecit et
vulneravit, in vincula coniici iusserit.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 145-148.

Agitur de eo, qui propter vulneratum quendam in foro Mimelensi in vincula coniectus fuit.

Accepimus alteras Generositatis Vestrae literas, Garsdae XXVII Octobris datas, quas conferentes cum literis a capitaneo [f. 146] nostro Mime-
lensi sub idem ferme tempus nobis missis, plurimum inter se differre com-
perimus. Scribit enim dictus capitaneus noster, quod S. Regiae Maiestatis
thelonarii crebro soleant homines Samogithienses ultra granities in Duca-
tum usque nostrum persequi hoc praetextu, quasi theloneum debitum non
solverint, ipsosque hoc colore spoliatos tandem in Samogithiam retrahere.
Qua quidem audacia et incepto non exiguum damnum nostris subditis,
proterendo sata et frumenta eorum, inferri. Se itaque precibus subditorum
nostrorum motum aliquoties ad thelonarios hoc nomine scripsisse ac peti-
visse, ut in ditione regia, sicut aequum est, vectigalia exigent, sed se nihil
hactenus proficere potuisse.

Casum autem praesentem, quo de Generositas Vestra scribit, ita capitaneus noster narrat, quod scribit Samogithiensem quendam ad oppidum nostrum Memel aliquot pecora egisse, quem insecutus sit thelonarius Crettingensis, cumque hominem in foro oppidi comprehensum affare[ur], et cur theloneum non solverit, cum eo expostularet, respondisse Samogithiensem se alio in loco, Garsdae scilicet, theloneum solvisse, cuius rei schedulam scriptam et sigillo firmatam exhibuit his verbis, uti Generositas Vestra ex incluso exemplo videt. Non contentus hac excusatione thelonarius hominem miserum indignis verberibus afficit, vulnerat ac propemodum vita exiit. Chirurghi pro desperato ipsum susceperunt curandum. Quo facto [f. 147] iudex oppidi nostri thelonarium deprehensum in vincula, uti moris est his locis, coniici iussit ignorante capitaneo. Postero autem die veniente thelonario ex Polangen et deprecante pro illo captivo, mox eliberatum fuisse, his tamen conditionibus, ut vel mortuo vel superstite Samogithiensi, et chyrurgo pro opera et nobis pro violata pace publica satis fieret.

Haec est vera facti huius narratio, uti capitaneus noster constanter asseverare non dubitat. Unde facile considerare Generositas Vestra potest, nullo iure aut aequitate nostros subditos accusari, siquidem et capitaneum et iudicem nostri oppidi thelonarius habuit, quorum opem, si iniuria affectus fuisset, implorare, nec se privata vi et audacia vindicare debuisset. Recte igitur et legitime a iudice factum, quod percussorem carceri mancipavit, nemo sanus infitabitur, et nos plane volumus, ut ipse iuxta fidem datam se iudicio sistat et pro ista violentia satisfaciat. Mandavimus tamen capitaneo nostro, ut quod aequum iustum est, in hac causa statuatur et debitam cuivis administret iustitiam. Quare Generositati Vestrae liberum sit, quo tempore voluerit illique per oportunitatem licuerit, cum famulo suo accedere. Certum enim tempus eidem, quoniam ad alia loca abitura est, perscribere non possumus. Hortamur autem Generositatem Vestram, ut si quem deinceps vel propter theloneum non solutum, vel ob aliud maleficium persequi voluerit, id faciat in solo regio et in sua iurisdictione. Nobis enim in Ducatu nostro eiusmodi violentam hominum persecutionem permittere non modo incommodum, verum etiam praeter morem et consuetudinem omnium regnorum et provinciarum esse videtur.

Ceterum quod Generositas Vestra scribit subditos S. Regiae Maiestatis non tantum boves [f. 148] per vetitas vias abducere, sed etiam reliquas merces, ut ligna et cineres, adiutos auxilio nostrorum subditorum exportare, ea de re nihil certi constat. Ac credat Generositas Vestra nobis eam rem minime placere, si quid regiis theloneis quoquomodo subtrahatur, siquidem et nobis nihil ex ea re utilitatis accedit et cum turpitudine coniuncta est. Nolumus autem Generositatem Vestram celare, quod pactiones et contractus harum terrarum, cum Magno Ducatu Lithuaniae initi, clare et diserte libera mercimonia utriusque partis subditis permittunt. Speramus itaque nec S. Regiam Maiestatem, nec Vestram Generositatem aliquid innovaturam, quod ad perniciem et incommodum subditorum nostrorum spectet, quodque pactis conventis adversetur, sed potius consueta hactenus mercimonia libera, uti contractus exigunt, permissuram. Quod si praeter haec Generositas Vestra aliquem e nostris subditis furti accusare habet, idque certis documentis probare potest, dabimus operam, ut eius sceleris dignas luat poenas. Quod autem propter leves suspiciones dumtaxat homines innocentes fortasse captivare et tormentis subiicere debeamus, non videtur nobis vel consultum vel iustitiae consonum, siquidem et nostri subditi tum ligna, tum cineres in nostro Ducatu conficiunt, eaque cum ceteris mercibus divendunt. Quos sane confestim furti accusare magis temeritatis,

quam prudentiae fuerit. Hoc Generositati Vestrae ad literas suas respondere necessarium duximus, cui cetera clementer favemus. Quae bene valeat. Datae Regiomonti.

C. S[ilvius]

N. 4455.

E Regio Monte, 7.XI.1556.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo, iterum pro Elbingensibus, in negotio religionis novis mandatis regis de amovendo ipsorum concionatore et ludi magistro maximopere afflictis, intercedit et rogat, ut auctoritatem suam apud regem interponat, ne «adeo severa mandata contra dictas civitates [scil. Gedanum et Elbingam] edipatiatur».

Cfr. El. XL, N. 1573.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 149-152.

Comiti in Tarnau. Mutatis mutandis Palatino Cracoviensi¹⁾, Palatino Calisiensi²⁾, Stanislae Miskowski³⁾, VII Novembris.

Pro Elbingensibus.

Magnifice ac Generose, Amice nobis singulariter dilecte.

Cum aliquoties nobis supplicatum esset nomine Elbingensis et Gedanensis civitatum, ut nostris eas [f. 150] intercessionibus apud S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum, iuvaremus, [ne] Maiestas Sua permetteret illas in religionis negotio tantopere premi seu multitudine et severitate mandatorum usque adeo affligi, itaque et coram et per literas cum eius Maiestate de ea re egimus sedulo, causasque adduximus, cur consultum nobis non videretur tempore hoc turbulentissimo eas civitates in tantum exagitari. Quia vero perlatum ad nos est denuo illis eodem hoc nomine negotium fieri, praecipue autem edita esse non ita pridem mandata aspera et indignationis regiae plena contra Elbingenses de amovendo ipsorum concionatore⁴⁾ explodendoque istic scholae ludimagistro⁵⁾, iniucundum id nobis fuit auditu ita sane, ut memores fidei nostrae, quam S. Regiae Maiestati ad commoda illius provehenda, pericula vero damnaque praecavenda obligavimus, facere non potuerimus, quin denuo eadem de re ad S. Regiam Maiestatem Suam scriberemus. Quoniam vero Magnificentiam Vestram non minore studio, cura et diligentia atque nos in iis rebus procurandis, quae utilitatem regiam spectant, ferri scimus, duximus eiusdem quoque in hoc negotio operam requirendam esse.

Amice itaque ac maiorem in modum Magnificentiam Vestram oratam habemus, ut pro pietate sua nostrae intercessioni suam quoque auctoritatem apud S. Regiam Maiestatem adiungat iuvetque sedulo, ut ne Maiestas Sua adeo severa mandata contra dictas civitates edipatiatur, praecipue vero [f. 151] contra Elbingenses tam de concionatore, quam scholae etiam magistro ipsorum amovendo, sed ut S. Regia Maiestas Sua, rebus sic stantibus, et religionis et scholae Elbingensis negotium in tempus suspendat. Ac si quod iam gravius hoc nomine mandatum prodiit, illud Magnificentia Vestra, appositis rationibus usa, retractari laboret. Praecipue vero, cum

eius civitatis senatus sancte affirmet nihil in ecclesia ipsorum doceri, quod pium S. Regiae Maiestatis animum offendere vel dignitatem illius laedere, aut subiectionis debitum violare possit, neque in ceremoniis quicquam immutatum esse, ipsum etiam scholae rectorem iuventuti nonnisi salutaria proponere, neque culpari posse istic in aliqua suae functionis parte, uterque etiam et concionator et scholae rector receperunt se porro quoque ita officium facturos esse, ut nemini ulla in re sinistri de se aliquid iure suspicandi occasionem sint daturi. Ipse autem senatus eius civitatis diligenter his omnibus invigilaturum curaturumque se pollicetur, ut nullae in ecclesiis ipsorum mutationes fiant, omniaque sint tranquilla ac cum debita erga S. Regiam Maiestatem fide et subiectione coniuncta, dummodo ipsis liceat ea audire et nosse, quae salutem animarum concernunt. Idcirco omnino nobis persuademus Magnificentiam Vestram, tantis sponsonibus adductam, in his apud S. Regiam Maiestatem procurandis eo benigniorem fore ac facile pro sua prudentia divinare eos ipsos, qui S. Regiae Maiestati hoc nomine ad praegravandos Elbingenses instigatores fortassis sunt, tales esse, qui orthodoxae veritatis de Christo lucem ferre nequeant, vel certe animabus aeternam salutem sitientibus non recte consultum cupiant.

Ceterum Magnificentiam Vestram ignorare non arbitramur, quantum momenti in iis urbibus, multitudine variarum gentium refertis, positum sit, praesertim hoc tempore, [f. 152] ubi hostes S. Regiae Maiestatis in hac mundi perversitate non quiescunt quidvis etiam contra S. Regiam Maiestatem tecte et callide subornare. Ac probe Magnificentia Vestra novit, quam hominum animi ad libertatem aspirent. Quod etsi de iisdem subditis minime suspicandum est, tamen cum nobis, quibus vicini cum illis parietes sunt, constet, quanta ibi animorum sit exulceratio, quod poenalia tot mandatorum multitudine in causa conscientiarum exagitantur, non prorsus negligenda esse ea putamus, quae subinde ex eiusmodi initiis evenire solent. Factura itaque Magnificentia Vestra non minus ac nos pro fide sua et homine christiano rem dignam, si fomenta haec metuendi incendii tolli iuvet. Erit hoc ei honorificum et Deo opus gratum et acceptum. Nos vero mutuis nostris studiis id ipsum demereri conabimur. Datae Regiomonti.

A. M[untzer].

- 1) Stanislaus Tęczyński.
- 2) Martinus Zborowski.
- 3) Stanislaus Myszkowski, incisor R.P., cap. Marienburgensis.
- 4) Valentinus Sarcerius (cfr. N. 4346).
- 5) Ioannes Hoppe, ab a. 1555 rector gymnasii Elbingensis.

N. 4456.

E Regio Monte, 8.XI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae
palatino Marienburgensi [Achatio Czema] negotiis Livonicis a rege praefecto,
petit, ut iudicia terrestria et commissiones quasdam, quibus idem palatinus
praeesse debet, in aliud tempus reiiciat, «ne quid hac ex parte ipsius
culpa neglectum videri possit».*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 152-153.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

pro Francisco Lismanino, ut proscriptionis edictum in eum latum tollere, vel saltem ad tempus suspendere et ipsum in gratiam regiam recipere dignetur, «ut suam innocentiam bonus vir docere et tutus in Regno... degere possit».

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 158-161.

Regi Poloniae, XIII Novembris.

Petit decretum proscriptionis in F. Lismanninum editum tolli.

Serenissime Rex, Domine Clementissime et Consobrine Charissime.

Significatum mihi est a plerisque tam Maioris, quam Minoris Poloniae et pietate et dignitate clarissimis viris, Franciscum Lismanninum, non postremum ecclesiae Christi vindicem, decreto quodam S. Regiae Vestrae Maiestatis e Regno Poloniae proscriptum esse, propterea quod is verae pietatis religiosissimus cultor et defensor sit. Eam autem proscriptionem non tam S. Regiae Maiestatis animo in eum virum indignabundo quam iis ascribunt imputantque, qui renascentem in Polonia ecclesiam odio persequuntur. Plane siquidem sibi persuadent S. Regiam Maiestatem orthodoxam de Christo doctrinam pie amplexam, ita ut decet, fovere, neque ea esse mente [f. 159] praeditam, ut pios doctores damnatos cupiat. Itaque omnino arbitrantur illud ipsum edictum ab iis, qui bono illi viro fortassis frigidam suffuderunt, a S. Regia Vestra Maiestate extortum esse. Quod eo mihi auditu fuit iucundius, quo maiore S. Regiam Vestram Maiestatem pietate affectam esse non dubito. Itaque et vicem eius Lismannini misertus et charitate christiana adductus, has pro illo literas ad S. Regiam Vestram Maiestatem dandas esse censui, eam et officiosissime et maiorem in modum obtestans, ut virum clarissimum a proscriptionis edicto liberet atque in regiam gratiam recipiat. Deploranda enim res esset aliquem legitime non auditum, multo minus convictum, damnari. Quo tamen S. Regiam Vestram Maiestatem machinationibus eorum, quibus invisae est Evangelii veritas, pertractam esse credibile est, siquidem iustitia et aequitate nihil S. Regiam Vestram Maiestatem prius antiquiusque habere constat, ut quae Magni illius Alexandri Regis exemplum sequuta, alteram aurem actori praebere, alteram autem accusato reservare consueverit.

Itaque omnino mihi persuadeo eam clementiam huic quoque Lismannino in S. Regia Vestra Maiestate^a) non clausum iri. Si enim id iuri et rationi in civilibus et forensibus negotiis conveniens videtur, quanto plus in iis, quae gloriae Christi et salutem animarum concernunt. Denique constat S. Regiae Vestrae Maiestati ex sacrarum literarum testimoniis, ideo magnis imperiis divinitus praefectos esse reges potentes et principes viros, atque mirabili etiam Dei consilio illa in extrema hac mundi aetae conservari, ut ecclesiae Christi, acerbae servituti passim subiectae, domicilia sint, ipsi autem reges et reginae nutricii et nutrices illius. [f. 160] Idcirco eo confidentius spero non permissuram esse S. Regiam Vestram Maiestatem Christi membra affligi, sicut plerique faciunt, qui non tantum praesentem et fores pulsantem Christum non recipiunt, non plenis, quod dici solet, ulnis misericordiam offerentem amplectuntur, sed insuper etiam in eum saeviunt, ecclesias non curant vel certe earum curam se indignam putant

ac aeternis potiora habent ea, quae perituro cum hoc mundo cessant et in nihilum rediguntur. Quae a S. Regia Vestra Maiestate alienissima esse et gaudeo et Deum, aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, votis ardentibus precor, ut S. Regiam Vestram Maiestatem in pia mente conservet. Non obscura autem eius res edet argumenta, si eos, quos Deus ad aedificandam ecclesiam et propagandam tuendamque illam excitat, defenderit, nec ad cuiusvis sinistram fortassis suggestionem necdum auditos nec convictos proscribi vel damnari passa fuerit. In quo me S. Regiae Vestrae Maiestatis pietas bene sperare iubet, ita ut has quoque preces meas pro clarissimo Christi ministro, Francisco Lismannino, interpositas inanes fore non putem, neque aegrius laturam, quod innocentiae boni illius viri christianae charitatis zelo motus patrocinator, iussu enim Christi hoc me illi debere agnosco. Eo autem clementiorem quoque illi Vestram S. Regiam Maiestatem fore arbitror, ubi obsequiorum, quae is ipse Lismanninus multo labore ac studio, quando potuit maximo, Serenissimae parenti [f. 161] Maiestatis Vestrae¹⁾ fideliter praestitit, recordata fuerit. In quo apud S. Regiam Vestram Maiestatem quoque non parvam gratiam inivisse videtur.

Idecirco iterum atque iterum S. Regiae Vestrae Maiestati pro eo supplico, ut decretum proscriptionis clementer tollat, vel si id integrum S. Regiae Maiestati non est, ad tempus saltem suspendat, ut suam innocentiam bonus vir docere et tutus interim in Regno S. Regiae Vestrae Maiestatis degere possit. Erit hoc S. Regiae Vestrae Maiestati non tantum apud suos laudi, sed apud externos quoque populos, qui Christi nomen profitentur, honorificum et celebre, in futuro autem saeculo mercedem inde magnam cum piis patribus et omnibus iis, qui in aedificanda ecclesia Christi laborarunt et impavide coram mundo Christum confessi sunt, consequentur. Ego vero perpetuis meis studiis et omni officiorum genere illud erga S. Regiam Maiestatem Vestram demereri adnitar. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

a) in ms. Maiestatem

1) Bona.

N. 4458.

E Regio Monte, 13.XI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Francisco Lismanino*

pro benevolentia ei exhibita, qua omnes «pios Christi ministros» se prosequi solere scribit, tanta gratiarum actione opus non fuisse putat; de vocatione eius in Poloniam («ut ibi renascentis ecclesiae architectum agat») gratulatur; de Confessione eius sibi missa sententiam suam profert; de conditione eius nunc tristi et afflicta dolet.

Cfr. El. XLV, N. 128.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 153-156.

Francisco Lismannino, XIII Novembris.

Scribit non opus esse tanta gratiarum actione. Item precatur, ut vocatio illius in Regnum Poloniae salutaris sit. Item exponit suam sententiam de Confessione illius transmissa, cuius alteram quoque partem petit.

Venerande atque Eximie, nobis singulariter dilecte.

Gratae et perquam iucundae nobis fuerunt Dominationis Vestrae literae, cum quod videbantur familiarium colloquiorum nostrorum, inter nos Cracoviae habitorum, memoriam recolere, tum quod inde cognovimus salvam adhuc esse Vestram Dominationem atque providentia Dei ad aedificandam ecclesiam Christi in Poloniae Regnum vocatam.

Quantum autem ad priorem partem attinet, in qua Veneranda Dominationis Vestra nimia sui humiliatione ac admirabunda tantopere deprædicat, quod non dedignati fuerimus illam Cracoviae accedere, nostra benevolentia complecti, de variis rebus cum ea colloqui, et quae praeterea longo encomio de nominis nostri celebritate, virtute inque pios omnes favore singulari recenset, ea omnia ex Venerandae Dominationis Vestrae amoris in nos abundantia proficisci facile animadvertimus. Si quid enim tum benevolentiae in Venerandam Dominationem Vestram nostrae eluxit, si quam nobis vel nominis vel famae celebritatem comparavimus in eo, quod pios Christi ministros fovemus, illisque, quoad possumus, patrocinaur, illud nostris viribus non arrogamus, sed instinctu Spiritus Sancti facta esse et adhuc confieri fateamur oportet. Idcirco et in eo minus [f. 154] tanta Venerandae Dominationis Vestrae ad nos gratiarum actione opus fuisset, cum quod nihil ea dignum in ipsam collatum a nobis esse meminimus, tum quod officii et pietatis nostrae debito ad talia obligatos esse nos agnoscimus precamurque Deum, ut nos in ea mente ad ultimum usque vitae nostrae halitum constanter conservet.

Quod ex altera earum literarum parte intelligimus vocatam esse Venerandam Dominationem Vestram in Poloniam, ut ibi renascentis ecclesiae architectum agat, in eo exoptamus Venerandae Dominationi Vestrae felix faustumque initium et prosperum laboris sui progressum. Ac aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi flagitamus, ut talentum Venerandae Dominationis Vestrae benedicat et Sancto Spiritu suo illud gubernet, ut multum foeneris faciat, cedatque in primis ad gloriam nominis divini propagandam et ad amplificandam veritatis evangelicae doctrinam, sitque cum totius Poloniae Regni omniumque ei incorporatarum provinciarum salute coniuncta, Venerandae Dominationi Vestrae autem honorifica.

Primam Apologiae Venerandae Dominationis Vestrae partem, non quidem per Generosum Ioannem Luzinski¹⁾, sed quendam familiarium suorum una cum Confessione illius nobis allatam, legimus. Quam nos pro iudicio qualicumque nostro minime improbare possumus, tametsi hic non iudicandi partes nobis sumimus. Fatemur enim nos in literis sacris usque adeo non exercitatos esse. Eadem quoque est sententia nostra de Confessione Venerandae Dominationis Vestrae. Ac malleus quidem coram de his cum Veneranda Dominatione Vestra conferre, quam literis cum illa agere, propter eas [f. 155] difficultates, quae subinde ex literis concinnari solent. Habet sane eadem Venerandae Dominationis Vestrae Confessio multa praeclara, tam Sacrae Scripturae literis, quam doctissimorum quoque virorum testimoniiis comprobata. Sed nobis, qui adhuc in primo limine haeremus cognitionis sacrarum literarum, videtur divina non usque adeo acumine ingenii perscrutanda vel ad ipsam, quod dici solet, medullam enervanda, sed potius in simplici illa ab ipso Christo doctore nobis monstrata methodo acquiescendum esse. Nimia enim illa in rebus pervestigandis spiritualis superstitio miserae plebeculae, caecutienti adhuc, tenebras densissimas obducere solet. Tametsi haec non ita accipi a nobis volumus, quasi omnino Scripturas Sacras non scrutandas esse arbitremur, cum illud

et ipse iubeat nos facere salvator Christus, sed ea est nostra sententia, in aedificanda ecclesia simplicissimam sequendam esse regulam, ita tamen, ut ipsa quoque simplicitas non aliena sit ab iis, quae salutem animarum concernunt. Clementer autem cupimus, ut Reverenda Dominatio Vestra et alteram Apologiae suae partem absolvat nobisque illam communicet. Grata enim nobis sunt ea omnia, quae ex laboribus Venerandae Dominationis Vestrae ad nos perferuntur.

Reverendus Dominus Vergerius honorificam Reverendae Dominationis Vestrae mentionem apud nos fecit, atque quae nunc illius sit conditio, nobis exposuit. Cui clementer condolemus. Quia vero nota nobis est Venerandae Dominationis Vestrae integritas, ad commoda illius provehenda ultro proclives et is ipse Vergerius nos magis magisque incitavit. Scripsimus itaque ad S. Regiam Maiestatem, Dominum nostrum clementissimum et consobrinum charissimum, et ad quosdam Regni senatores pro Veneranda Dominatione Vestra literas commendaticias, quarum exemplaria hisce inclusa mittimus. Faxit Deus, ut et preces intercessionisque nostrae inanes non sint et pium [f. 156] S. Regiae Maiestatis animum eo permoveant, ut Maiestas eius divino adiuta auxilio Christum, in foribus incliti Poloniae Regni stantem et gratiam suam paterne quidem offerentem, plenius, quod dici solet, ulnis excipiat, idque posthabitis Sathanæ furoribus et praestigiis. In quo promovendo nihil studii, nihil denique eius, quod in nobis est, desiderari patiemur. Atque haec Venerandae Dominationi Vestrae rescribenda esse putavimus, cuius orationibus nos nostraque commendamus, illamque diu sospitem et incolumem esse percupimus. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

1) *Lusiński (Łużyński), minister verbi in Minore Polonia.*

N. 4459.

E Regio Monte, 13.XI.1556.

Albertus dux in Prussia

Felici Crucigero, superintendenti ecclesiae reformatae in Polonia Minore, de «renascentis in Poloniae Regno ecclesiae» propagatione gaudet et gratulatur; de Francisco Lismanino e Regno Poloniae proscripto ipsi et «piis omnibus» condolet et nuntiat se literas pro eo intercessorias ad regem dedisse.

Cfr. El. XLV, N. 127.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 156-158.

Felici Crucigero, Superintendenti renascentis ecclesiae Christi in Minori Polonia, XIII Novembris.

Gratulatur crescenti in Polonia ecclesiae noviter collectae. Item dolet F. Lismanninum proscriptum esse. Item dedisse [se] intercessorias pro illo literas.

Reverende, singulariter nobis dilecte.

Ea, quae Reverenda Dominatio Vestra de statu renascentis in Poloniae Regno ecclesiae, deque veritatis hostibus in oppugnanda ea ac proscripto

clarissimo viro Francisco Lismannino ad nos scripsit, illa ex literis, quas omnium ministrorum et nobilium, veram religionem in Minori Polonia amplectentium, nomine ad nos dedit, probe intelleximus. Ac in primis gratulamur inclito Poloniae Regno, quod [f. 175] Deus Optimus Maximus veram sui invocationem illi patefecit, veritatisque lucem accendit. Is ea omnia ad ecclesiae suae propagationem diuturna esse velit, ut cum multarum animarum salute et honore eius Regni perpetuo coniuncta sint atque in largam laetamque messem excrescant. Quo autem maiore nos hoc nuntium gaudio affecit, eo tristius nobis accidit, quod clarissimum virum, Franciscum Lismanninum, proscriptum esse intelleximus. Non possumus itaque non vehementer piis omnibus et toti communitati vestrae hoc nomine condolere. Quia vero eo omnibus temporibus surgentis ecclesiae facies fuit, ut suis illam Sathan machinationibus infestare et aggredi non cessaverit, moderatius dolori indulgendum esse existimamus. Namque et ipse Christus, doctor noster, persecutionibus subiectum iri ecclesiam suam praedixit, idcirco eo minus frangi nos animo convenit. Quo enim vehementius hostes Evangelii veritatem suppressere conantur, eo fortius illam exsurgere Reverendae Dominationi Vestrae obscurum non est.

Ac facile quidem credimus S. Regiam Maiestatem in proscribendo Lismannino ab eius farinae hominibus, quibus invisa est lux evangelica, pertractam fuisse. Quia vero nobis omnino persuademus S. Regiam Maiestatem orthodoxam de Christo doctrinam pie amplecti, eo promptiores fuimus ad interponendas apud illam et plerosque Regni consiliarios preces nostras pro eodem Lismannino. Tanta autem ad nos Reverendae Dominationis Vestrae obtestatione eiusdem intercessionis nostrae nomine opus non fuisset, cum quod ex pietate hoc officii afflictis ecclesiae Christi ministris debemus, tum quod eundem Lismanninum iam pridem benevolentia et favore nostro complexum charum habemus, itaque et laboranti ad subveniendum eo procliviores sumus. Peroptamus autem, [f. 158] ut intercessio illi nostra apud S. Regiam Maiestatem plurimum commodet et pristinae ipsum libertati restituat. Quod superest, Reverendam Dominationem Vestram rectissime valere optamus cupimusque, ut haec iis, quorum ad nos nomine literas dedit, verbis vicissim nostris respondere ne gravetur. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

N. 4460.

E Regio Monte, 13.XI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Ioanni Boner, castellano Bieicensi,
se tantam sui depraedicationem non mereri asserit et nuntiat se preces suas
pro Francisco Lismanino, e Regno Poloniae proscripto, apud regem et ple-
rosque Regni senatores interposuisse.*

Cfr. El. XL, N. 1562.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 161-163.

Ioanni Bonar, XIII Novembris.

Scribit se non agnoscere illam eximiam Celsitudinis Suae depraedicationem. Dolet Lismanninum proscriptum esse. Se autem intercessorias pro eo literas dedisse.

Magnifice ac Generose, singulariter nobis dilecte.

Literas Magnificentiae Vestrae, XXII Septembris Cracoviae datas, accepimus. Quarum exordio quod tanta nostri depraedicatione utitur, illud omnino ex singulari Magnificentiae in nos Vestrae amore, quo a multis nos annis prosequuta est, proficisci arbitramur. Vellemus quidem nos per omnia, quod Christo eiusque ecclesiae debemus, praestare posse. Quia vero humanam imbecillitatem cum aliis libenter agnoscimus, eam nobis laudem non arrogamus, neque virium est nostrarum, [f. 162] si quid in propaganda veritate evangelica impendimus, sed Spiritui id Sancto reverenter asscribimus ac Deum, aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, precamur, ut cognitionem sui in nobis adaugeat et ad extrema vitae nostrae tempora conservet.

Clarissimum virum, Franciscum Lismanninum, e Regno Poloniae proscriptum esse dolemus. Ac facile credimus, quorum id instinctu factum sit. Fuit autem eadem omnium temporum renascentis ecclesiae conditio. Semper enim illam Sathanae furores impugnarunt, sed cum delere eam nequiverint, non dubitandum est, quin Deus et hanc in Polonia elucescentem veritatem sit propugnaturus. In quo promovendo si quid charitatis christianae impendi a nobis potest, nihil sane, quoad possumus, desiderari in nobis patiemur. Itaque eo promptiores fuimus ad interponendas apud S. Regiam Maiestatem et plerosque Regni senatores pro eodem Lismannino preces nostras. Faxit Deus, ut quod oramus, orasse nos gaudere possimus, siquidem in amplificando Christi Regno debitores esse nos agnoscimus. In quo ut ipse Christus suo Spiritu Sancto conatus nostros gubernet, votis ardentibus precamur exoptamusque, ut Magnificentiam Vestram in ea mente, quam aperta ei luce evangelica excitavit, perseverare et incrementa sumere faciat. Atque haec Magnificentiae Vestrae rescribenda esse putavimus. Quam et salvam et incolumem vivere percupimus, petimusque [f. 163] amice, ut crebrius ad nos scribat statumque ecclesiae istic locorum nobis communicet. In eo nobis gratum factura est. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

N. 4461.

E Regio Monte, 19.XI.1556.

*Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarto, magistro curiae reginae Catharinae,
pro litteris et rebus reginae missis tanta gratiarum actione opus non fuisse
nuntiat; ad imperatorem, cum iam in Hispaniis degat, scribi nunc com-
mode non posse putat; sufficere censet, ut regina ad regem Romanorum
maturius scribat; negotium fratris sui, archiepiscopi Rigensis, commen-
dat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 163-164.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Radziwiłł, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

pro studio eius et amore in se singulari, a Petro Paulo Vergerio sibi enarrato, gratias agit et nuntiat se eundem Vergerium Soldaviam, locum finibus Masoviae finitimum, missurum esse; non dubitat res fratris sui, archiepiscopi Rigensis, afflictas ei curae fuisse et in posterum fore; pro litterarum exemplis gratias agit; de consiliariorum suorum ad Comitum Varsaviensium missione se adhuc ambigere significat.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 164-165.

Duci in Olika, 20 Novembris.

Gratias agit, quod tanto in Celsitudinem Suam studio feratur. Scribit se Vergerium Soldavium esse missurum. Gratias agit pro cura de Reverendissimo Archiepiscopo¹⁾ suscepta. Item pro litterarum exemplaribus missis.

Illustris Princeps, Amice ac Frater nobis perchare.

Reverendum virum, Dominum Vergerium, et expectationi Illustritatis Vestrae et nostrae quoque commendationi per omnia respondisse, vel potius eam sua praestantia superasse, ex literis Illustritatis Vestrae cognitu nobis fuit iucundissimum. Is reversus iam ad nos, de Illustritatis in nos Vestrae studio et amore singulari, et quod honorifice exceptus ab illa esset, multa praeclara retulit, tametsi quam plurimis antea argumentis nobis non ignota, eo autem ipso referente gratiora, quo maiore fraterni amoris affectu Illustratam Vestram prosequimur. Intelleximus praeterea tam ex eo ipso, quam literis quoque Illustritatis Vestrae, quo consilio adducta cupiat a nobis eundem Vergerium in castellum quoddam ditionis nostrae, Ducatus Mazoviae finitimum, mitti. Quod nos pro honore divino et ecclesiae Christi salute non gravatim facturi sumus. Constituimus itaque [*f. 165*] eum Soldavium mittere atque ipsi volente Deo nos eo conferre. Is autem locus a Varsovia itinere tridui saltem distat.

Afflictas res Reverendissimi Domini Archiepiscopi, fratris nostri charissimi, curae Illustritati Vestrae et fuisse semper et in posterum fore dubium nobis non est, neque passi sumus nobis aliud de Illustritate Vestra persuaderi, vel aliqua malevolorum suspicione nos in aliam sententiam pertrahi. Quare tanta Illustritatis Vestrae excusatione opus non fuisset, siquidem fraternus Illustritatis Vestrae in nos candor, locupletissimis testimoniis a multis annis nobis perspectus, secus de illa ne cogitare quidem, multo minus calumniatoribus locum nos facere permittit^a).

Pro litterarum exemplis nobis communicatis gratias Illustritati Vestrae agimus. Quod vero nobis suasor est, ut nostros quoque consiliarios ad conventum Varsoviensem²⁾ mittamus, de eo adhuc ambigimus. Inconveniens enim esse existimamus, aliquem ad consilium accedere non vocatum. Itaque de ea missione nihil, nisi mente S. Regiae Maiestatis prius nobis indicata, statuendum esse videtur.

Ceterum quas Illustritas Vestra ad Illustrem filium nostrum, Dominum Megapoliae Ducem³⁾, literas mitti postulat, eas hoc ipso die ad illius Illustritatem perferendas curabimus. Neque opus fuisset tantopere illud a nobis Illustritatem Vestram expetere. Cui in rebus multo maioribus, nedum illis, quoad possumus, libenter gratificamur. Atque haec nobis Illu-

stritati Vestrae rescribenda esse videbantur. Quam et diu sospitem rebus-que omnibus felicibus et laetis cum tota familia sua affluentem esse optamus etc. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

a) *in ms. permittent*

- 1) *Gulielmus marchio Brandenburgensis.*
- 2) *Comitia Regni ad diem 6.XII.1556 Varsaviae indicta.*
- 3) *Ioannes Albertus, gener ducis Alberti.*

N. 4463.

E Regio Monte, 2.XII.1556.

Albertus dux in Prussia

Ioanni Junosza, succamerario Wyszogrodensi, nuntiat se commissariis suis, scil. Soldaviensi, Neidenburgensi et Hohensteiniensi capitaneis, demandasse, ut querelas, contra ipsum a tutoribus impuberum Ioannis Goliński liberorum factas, audirent et diiudicarent, et hortatur ipsum, ut vel sententiae eorum stet, vel legitima ad se provocatione utatur.

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1571.

Ostpr. Fol., vol.55, ff. 166-167.

N. 4464.

E Regio Monte, 2.XII.1556.

Albertus dux in Prussia

Stanislao et Iacobo Goliński, fratribus germanis, supplicem eorum libellum, quo petunt, ut remotis iis tutoribus, quos eis dedit, alios in locum eorum sufficiat, se accepisse nuntiat, et respondet sibi «altera prius parte non audita, nedum suspicionis convicta», aliquid statuere inconueniens videri.

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1571.

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 167-168.

N. 4465.

E Regio Monte, 3.XII.1556.

Albertus dux in Prussia

Stanislao Maciejowski, aulae regiae marscalco, rogat, ut nuntiis suis ad Comitia Varsaviensia mittendis, commodum aliquod hospitium assignare velit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 168.

N. 4466.

E Regio Monte, 12.XII.1556.

Albertus dux in Prussia
Stanislaŏ Konarski

pro diligentia in coemendis bobus adhibita gratias agit et rogat, ut servitori suo et eius filio [Marcello Konarski], ad eosdem boves adducendos ablegato, auxilio sit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 169.

N. 4467.

E Regio Monte, 12.XII.1556.

Albertus dux in Prussia

Petro Oborski, servitori Nicolai Radziwiłł «Rufi», tenentario in Birze, petit, ut de statu rerum Livonicarum crebrius scribat et litterarum exhibitorum, Stanislaum Voigt, Gulielmi archiepiscopi Rigensis servitorem, commendat et rogat, ut «homines itinerum peritos et explorandis negotiis Livonicis idoneos illi adiungat, per quos earum rerum, quae apud Livonenses aguntur, aliquam notitiam habere et consequi queat».

(Schedula: «machinam bellicam sive bombardam» dono mittit).

(Sub textu: Mutatis mutandis scriptum est Stanislaŏ Skaszewski et Nicolao Maskowski).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 171-172.

N. 4468.

E Regio Monte, 22.XII.1556.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo Augusto regi Poloniae

quid de tractatibus Livonicis regis Daniae legati perscripserint, ex internuntio suo, Assuero Brandt, regem intellecturum esse nuntiat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, ff. 169-170.

N. 4469.

S.l., 23.XII.1556.

Albertus dux in Prussia
consulibus Caunensibus

pro Maess Requentin a Rolofshagen in Pomerania, unico herede avunculi eius defuncti Iacobi Rossow, civis Caunensis, matris suae fratris, intercedit et rogat, ut in consequenda hereditate ab eodem avunculo eius relicta filio eius, Georgio Requentin, in hoc negotio ad eos misso, adesse velint.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 43, ff. 224-226.

N. 4470.

*Albertus dux in Prussia
cuidam Matissaytis*

*litteras eius, quibus de capitaneo suo Tilsensi questus est, se accepisse nuntiat
et, ut altera quoque pars audiatur, ad capitaneum suum eo in negotio
scripsisse et ab eo cognovisse rem longe aliter se habere.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 172.

E Regio Monte, 24.XII.1556.

N. 4471.

*Albertus dux in Prussia
Petro Paulo Vergerio*

*exemplaria librorum eius post se relicta ei remittit et nova quaedam de Roma
capta scribit.*

Ostpr. Fol., vol.55, ff. 172-173.

E Regio Monte, 25.XII.1556.

Paulo Vergerio, XXV Decembris.

Mittit exemplaria librorum. Item nova scribit de Roma capta. Item
petit certior fieri de condicione sua.

Reverende Domine, Amice singulariter dilecte.

Mittimus Reverendae Dominationi Vestrae per praesentium exhibitorem
[f. 173] exemplaria libellorum vestrorum, quae post se hic reliquerat.
Ac nolumus Reverendam Dominationem Vestram clementer celare nobis
non ita pridem Warssovia perscriptum esse, Ducem Albanum¹⁾ cum exercitu
Caesaris²⁾ Romam cepisse. An hoc ita se habeat, affirmare non possumus,
praesertim cum ex Germania aliter ad nos perlatum sit, videlicet quod
Papa³⁾ castrum Sancti Angeli vallis probe communierit ac cum suis
extra Urbem castra metatus sit, expectaturus hostem ad moenia. Quae
nova uti nos ab aliis accepimus, ita etiam Reverendae Dominationi Vestrae
communicamus, clementer petentes, Reverenda Dominatio Vestra nobis de
statu rerum suarum, et quomodo valeat, per occasionem scribere non
gravetur. Hoc nobis gratissimum accidet. Quae bene valeat. Ex Monte Regio
etc.

1) *Ferdinandus Alvarez de Toledo, dux Albae.*

2) *Carolus V.*

3) *Paulus IV.*

C. S[ilvius]

N. 4472.

Albertus dux in Prussia

*Stanislao Skaszewski, capitaneo in Kroze,
pro 100 perdicibus sibi dono missis gratias agit et «pro declaranda gratitudine»
sua vasculum vini novi vicissim mittit.*

(Latine)

Cfr. El. XL, N. 1583.

Ostpr. Fol., vol. 55, f. 170.

E Regio Monte, 30.XII.1556.

N. 4473.

E Regio Monte, s.d., XII.1556.

Albertus dux in Prussia

Petro Paulo Vergerio

litteras eius se accepisse nuntiat et de honorifica sui mentione, a Nicolao Radziwiłł facta, gaudet; faustum reditum ei exoptat.

Ostpr. Fol., vol.55, ff. 173-174.

Petro Paulo Vergerio.

Scribit gratam sibi esse Celsitudinis Suae memoriam. Item petit^{z)}.

Reverende, sincere nobis dilecte.

Literas Reverendae Dominationis Vestrae accepimus. Ex quibus quod sanam et incolumem esse illam intelleximus, gratissimum nobis fuit. Ac Deum precamur, ut Integris viribus et valetudine bene affecta Venerandam Dominationem Vestram diu conservet. Quod saepius honorifica nostri istic ab Illustri Domino in Olika Duce, fratre nobis percharo¹⁾, fiat mentio, gaudemus. Nos quoque memoriam eius Illustritatis saepissime hic recolimus. Eam ut Reverenda Dominatio Vestra amanter nostro nomine [f. 174] salutet ac fraterna ei officia deferat, nosque de meliori nota commendet, petimus.

Nova, quae ad nos misit Veneranda Dominatio Vestra, gratissima nobis sunt, ac vellemus quidem eiusmodi vicissim aliquid Venerandae Dominationi Vestrae remittere. Sed quia intelleximus propediem Venerandam Dominationem Vestram ad nos redituram, reservabimus ea in adventum usque illius, quem et faustum et per omnia felicem esse optamus. Atque haec Venerandae Dominationi Vestrae properanter quidem rescribenda esse duximus. Datae Regiomonti.

A. M[untzer]

z) sic in ms.

1) Nicolaus Radziwiłł «Niger», palatinus Vilensis.

N. 4474.

E Regio Monte, s.d., 1556.

Albertus dux in Prussia

castellano Trocensi [Hieronymo Chodkiewicz]

Matthiam Virovitta, qui aliquandiu in Academia Regiomontana suo stipendio literis operam dedit et conditionem ecclesiasticam exspectat, ad eum redeuntem, commendat non dubitans «ipsum studia sua, quibus graviter hic incubuit, eo directurum, ut ecclesiis istic usui esse possit».

(Latine)

Ostp. Fol., vol. 55, ff. 174-175.

ELENCHUS EPISTULARUM

Nr.				Dat.
ALBERTUS DUX IN PRUSSIA:				
4200	Sigismundo Augusto regi Poloniae	E Regio Monte		11.I.1555
4203	»	»	»	18.I.1555
4204	»	»	S.l.	22.I.1555
4205	»	»	E Regio Monte	24.I.1555
4207	»	»	»	26.I.1555
4210	»	»	Elbingae	2.II.1555
4214	»	»	Vismariae	8.III.1555
4215	»	»	Wolgast	20.III.1555
4216	»	»	Coslini	30.III.1555
4219	»	»	E Regio Monte	24.IV.1555
4221	»	»	»	26.IV.1555
4222	»	»	»	26.IV.1555
4226	»	»	»	30.IV.1555
4227	»	»	»	4.V.1555
4229	»	»	»	12.V.1555
4235	»	»	»	20.V.1555
4239	»	»	Neuhausen	25.V.1555
4240	»	»	»	26.V.1555
4241	»	»	E Regio Monte	29.V.1555
4242	»	»	»	29.V.1555
4252	»	»	»	23.VI.1555
4254	»	»	S.l.	30.VI.1555
4259	»	»	E Regio Monte	16.VII.1555
4261	»	»	»	18.VII.1555
4262	»	»	»	21.VII.1555
4266	»	»	Caunae	5.IX.1555
4269	»	»	Tilsae	19.IX.1555
4285	»	»	E Regio Monte	22.X.1555
4289	»	»	»	28.X.1555
4291	»	»	»	29.X.1555
4291	»	»	»	29.X.1555
4292	»	»	»	30.X.1555
4293	»	»	»	30.X.1555
4295	»	»	»	11.XI.1555
4303	»	»	»	22.XI.1555
4304	»	»	»	23.XI.1555
4308	»	»	S.l.	26.XI.1555
4310	»	»	E Regio Monte	28.XI.1555
4314	»	»	»	15.XII.1555
4315	»	»	»	15.XII.1555
4317	»	»	»	24.XII.1555

Nr.			Dat.
4323	Sigismundo Augusto regi Poloniae	E Regio Monte	6.I.1556
4328	»	Risenburgi	3.II.1556
4329	»	S.l.	3.II.1556
4337	»	Risenburgi	4.III.1556
4338	»	E Regio Monte	18.III.1556
4340	»	Tilsae	30.III.1556
4346	»	»	8.IV.1556
4357	»	E Regio Monte	21.V.1556
4361	»	»	1.VI.1556
4362	»	»	1.VI.1556
4363	»	»	1.VI.1556
4364	»	»	1.VI.1556
4366	»	»	2.VI.1556
4367	»	»	2.VI.1556
4370	»	S.l.	6.VI.1556
4374	»	E Regio Monte	10.VI.1556
4375	»	»	13.VI.1556
4378	»	»	20.VI.1556
4391	»	»	28.VI.1556
4392	»	»	29.VI.1556
4397	»	»	6.VII.1556
4403	»	»	10.VII.1556
4405	»	»	11.VII.1556
4407	»	»	14.VII.1556
4412	»	»	21.VII.1556
4414	»	»	24.VII.1556
4419	»	»	28.VII.1556
4423	»	»	3.VIII.1556
4427	»	»	3.IX.1556
4430	»	»	10.IX.1556
4433	»	»	19.IX.1556
4434	»	»	23.IX.1556
4435	»	»	24.IX.1556
4446	»	»	24.X.1556
4453	»	»	3.XI.1556
4456	»	»	8.XI.1556
4457	»	»	13.XI.1556
4468	»	»	22.XII.1556
4238	Backfarth Valentino	S.l.	20.V.1555
4325	»	S.l.	6.I.1556
4423	Bielewicz Ioanni	E Regio Monte	3.VIII.1556
4264	Bielewicz Nicolao	»	31.VIII.1555
4213	Bonae reginae Poloniae	Vismariae	4.III.1555
4231	»	E Regio Monte	13.V.1555
4236	»	»	20.V.1555
4243	»	»	30.V.1555
4248	»	»	10.VI.1555
4255	»	S.l.	30.VI.1555
4298	»	E Regio Monte	12.XI.1555
4299	»	»	13.XI.1555
4306	»	»	24.XI.1555
4316	»	»	19.XII.1555

Nr.			Dat.
4217	Boner Ioanni	E Regio Monte	18.IV.1555
4460	» »	» »	13.XI.1556
4396	Brandt Assuero	» »	4.VII.1556
4429	capitaneo Camenecensi	» »	7.IX.1556
4202	Catharinae reginae Poloniae	» »	17.I.1555
4237	» »	S.l.	20.V.1555
4246	» »	S.l.	9.VI.1555
4295	» »	E Regio Monte	11.XI.1555
4309	» »	S.l.	26.XI.1555
4271	Chodkiewicz Hieronymo	Tilsae	19.IX.1555
4287	» »	E Regio Monte	25.X.1555
4409	» »	» »	14.VII.1556
4411	» »	» »	15.VII.1556
4451	» »	» »	2.XI.1556
4474	» »	» »	S.d. 1556
4469	consulibus Caunensibus	S.l.	23.XII.1556
4459	Crucigero Felici	E Regio Monte	13.XI.1556
4256	Czema Fabiano	S.l.	3.VII.1555
4384	Domanowski Ioanni	E Regio Monte	23.VI.1556
4218	Gnojeński Felici	» »	19.IV.1555
4339a	» »	» »	22.III.1556
4218	Gnojeński Nicolao	» »	19.IV.1555
4339a	» »	» »	22.III.1556
4218	Gnojeński Petro	» »	19.IV.1555
4339a	» »	» »	22.III.1556
4464	Goliński Iacobo	» »	2.XII.1556
4464	Goliński Stanisłao	» »	2.XII.1556
4443	Górka Andreae	» »	14.X.1556
4198	Górka Lucae	» »	10.I.1555
4360	» »	Caunae	21.V.1556
4439	» »	S.l.	10.X.1556
4443	» »	E Regio Monte	14.X.1556
4443	Górka Stanisłao	» »	14.X.1556
4438	Gradowski Ioanni	» »	8.X.1556
4454	» »	» »	3.XI.1556
4390	Henrico II regi Galliae	» »	26.VI.1556
4441	» »	» »	13.X.1556
4258	Hosio Ulrico	S.l.	7.VII.1555
4382	Iłowski Alexandro	E Regio Monte	21.VI.1556
4327	Isabellae reginae Hungariae	Zakroczym	25.I.1556
4436	Junosza Ioanni	E Regio Monte	28.IX.1556
4463	» »	» »	2.XII.1556
4350	Kochanowski Ioanni	Ragnetac	15.IV.1556
4466	Konarski Stanisłao	E Regio Monte	12.XII.1556
4249	Koppen Ioanni	Neuhausen	10.VI.1555
4452	» »	S.l.	2.XI.1556
4422	Kościelecki Ianussio	E Regio Monte	2.VIII.1556
4440	Krotowski Ioanni	» »	12.X.1556
4373	Kunheim Erhardo	S.l.	9.VI.1556
4395	» »	S.l.	3.VII.1556
4417	» »	S.l.	25.VII.1556

Nr.			Dat.
4258	Kurcewicz Ioanni	S.l.	7.VII.1555
4260	Laurentio, tenentario Chelmensi	E Regio Monte	16.VII.1555
4201	Lewicki Andreae	» »	11.I.1555
4458	Lismanino Francisco	» »	13.XI.1556
4320	Lutomirski Stanislaw	» »	4.I.1556
4331	» »	» »	11.IX.1556
4300	Lwowska Ursulae	» »	18.XI.1555
4342	Łącki Caspari	Tilsae	30.III.1556
4465	Maciejowski Stanislaw	E Regio Monte	3.XII.1556
4277	Mariae reginae Angliae	» »	18.X.1555
4441	» »	» »	13.X.1556
4400	Maskowski Nicolao	» »	6.VII.1556
4425	» »	» »	11.VIII.1556
4470	Matissaytis	» »	24.XII.1556
4208	Modliszewski Hieronymo	» »	26.I.1555
4442	Montmorency Annae	» »	13.X.1556
4432	Myszkowski Stanislaw	S.l.	15.IX.1556
4400	Oborski Petro	E Regio Monte	6.VII.1556
4467	» »	» »	12.XII.1556
4223	Ocieski Ioanni	» »	26.IV.1555
4232	» »	» »	13.V.1555
4359	» »	» »	21.V.1556
4448	» »	» »	24.X.1556
4297	Olelkowicz Simeoni	» »	11.XI.1555
4281	Ostroróg Iacobo	» »	18.X.1555
4440	» »	» »	12.X.1556
4280	Ostroróg Stanislaw	» »	18.X.1555
4318	» »	» »	26.XII.1555
4349	» »	Ragnetae	14.IV.1556
4385	» »	E Regio Monte	23.VI.1556
4440	» »	» »	12.X.1556
4251	Pageto Gulielmo	» »	11.VI.1555
4278	» »	» »	18.X.1555
4442	» »	» »	13.X.1556
4276	Philippo regi Angliae	» »	18.X.1555
4441	» »	» »	13.X.1556
4347	praefecto Iurgenburgensi	Tilsae	8.IV.1556
4248	Pretwicz Bernardo	S.l.	10.V.1555
4326	» »	S.l.	8.I.1556
4377	» »	S.l.	19.VI.1556
4426	» »	S.l.	19.VIII.1556
4220	Przerembski Ioanni	E Regio Monte	25.IV.1555
4232	» »	» »	13.V.1555
4273	» »	Tilsae	24.IX.1555
4290	» »	E Regio Monte	28.X.1555
4313	» »	» »	1.XII.1555
4319	» »	» »	29.XII.1555
4321	» »	» »	5.I.1556
4330	» »	Risenburgi	3.II.1556
4345	» »	S.l.	6.IV.1556
4380	» »	E Regio Monte	20.VI.1556

Nr.			Dat.
4383	Przerembski Ioanni	E Regio Monte	23.VI.1556
4415	» »	» »	24.VII.1556
4447	» »	» »	24.X.1556
4224	Radziwiłł Nicolao «Nigro»	» »	27.IV.1555
4250	» »	» »	11.VI.1555
4267	» »	Velunae	7.IX.1555
4270	» »	Tilsae	19.IX.1555
4273	» »	»	24.IX.1555
4274	» »	Ragnetae	7.X.1555
4286	» »	E Regio Monte	22.X.1555
4288	» »	» »	28.X.1555
4294	» »	» »	10.XI.1555
4302	» »	» »	21.XI.1555
4305	» »	» »	23.XI.1555
4311	» »	» »	28.XI.1555
4324	» »	» »	6.I.1556
4341	» »	Tilsae	30.III.1556
4352	» »	Ragnetae	21.IV.1556
4355	» »	Żyzmory	5.V.1556
4356	» »	Ragnetae	11.V.1556
4358	» »	S.l.	21.V.1556
4362	» »	E Regio Monte	1.VI.1556
4365	» »	» »	1.VI.1556
4366	» »	» »	2.VI.1556
4371	» »	» »	6.VI.1556
4376	» »	» »	16.VI.1556
4379	» »	» »	20.VI.1556
4386	» »	» »	23.VI.1556
4388	» »	» »	24.VI.1556
4393	» »	» »	30.VI.1556
4398	» »	» »	6.VII.1556
4408	» »	» »	14.VII.1556
4418	» »	» »	26.VII.1556
4421	» »	» »	31.VII.1556
4437	» »	» »	3.X.1556
4462	» »	» »	20.XI.1556
4354	Radziwiłł Nicolao «Rufo»	Caunae	5.V.1556
4387	» »	E Regio Monte	24.VI.1556
4399	» »	» »	6.VII.1556
4410	» »	» »	15.VII.1556
4413	» »	» »	21.VII.1556
4230	Sieniawski Nicolao	» »	12.V.1555
4268	» »	Tilsae	12.IX.1555
4233	Sieniawski Procopio	E Regio Monte	13.V.1555
4234	Skaszewski Stanisłao	» »	18.V.1555
4348	» »	Tilsae	12.IV.1556
4389	» »	E Regio Monte	26.VI.1556
4404	» »	» »	10.VII.1556
4451	» »	» »	2.XI.1556
4472	» »	» »	30.XII.1556
4206	Tarło Gabrieli	S.l.	24.I.1555

Nr.			Dat.
4209	Tarło Gabrieli	S.l.	m.Ianuario.1555
4211	» »	S.l.	2.II.1555
4225	» »	S.l.	27.IV.1555
4245	» »	S.l.	6.VI.1555
4247	» »	S.l.	9.VI.1555
4257	» »	S.l.	6.VIII.1555
4263	» »	S.l.	1.VIII.1555
4272	» »	S.l.	19.IX.1555
4275	» »	S.l.	7.X.1555
4284	» »	S.l.	21.X.1555
4301	» »	S.l.	20.XI.1555
4307	» »	S.l.	25.XI.1555
4331	» »	S.l.	3.II.1556
4332	» »	S.l.	3.II.1556
4334	» »	S.l.	12.II.1556
4335	» »	Ragnetæ	12.V.1556
4343	» »	Tilsæ	2.IV.1556
4344	» »	S.l.	5.IV.1556
4351	» »	Ragnetæ	16.IV.1556
4353	» »	»	21.IV.1556
4368	» »	E Regio Monte	2.VI.1556
4369	» »	S.l.	2.VI.1556
4372	» »	S.l.	9.VI.1556
4381	» »	Neuhausen	20.VI.1556
4394	» »	S.l.	2.VII.1556
4401	» »	S.l.	6.VII.1556
4402	» »	S.l.	7.VII.1556
4424	» »	S.l.	6.VIII.1556
4428	» »	E Regio Monte	3.IX.1556
4450	» »	» »	29.X.1556
4461	» »	» »	19.XI.1556
4339	Tarnowski Ioanni	» »	18.III.1556
4420	» »	» »	28.VII.1556
4455	» »	» »	7.XI.1556
4449	Tęczyński Stanisłao	» »	24.X.1556
4322	Timme Ioanni	S.l.	5.I.1556
4282	Tomicki Ioanni	E Regio Monte	18.X.1555
4440	» »	» »	12.X.1556
4199	Trepka Eustathio	» »	10.I.1555
4336	» »	Risenburgi	16.II.1556
4265	Trzebuchowski Nicolao	Caunæ	4.IX.1555
4275	Trzebuchowski Stanisłao	Tilsæ	24.IX.1555
4312	» »	E Regio Monte	28.XI.1555
4444	universis	» »	19.X.1556
4445	» »	» »	22.X.1556
4471	Vergerio Petro Paulo	» »	25.XII.1556
4473	» » »	» »	S.d.XII.1556
4416	Wilkanowski Adamo	» »	25.VII.1556
4406	Wojanowski Dameraw Petro	S.l.	13.VII.1556
4296	Wołowicz Eustachio	E Regio Monte	11.XI.1555
4253	Zborowski Martino	» »	23.VII.1555
4279	» »	» »	18.X.1555
4283	» »	» »	21.X.1555
4440	» »	» »	12.X.1556

Nr.		Dat.
ANNA MARIA DUX IN PRUSSIA 4244 Bonae reginae Poloniae	E Regio Monte	30.V.1555
CONSILIARII ALBERTI DUCIS IN PRUSSIA 4212 Tarlo Gabrieli	S.l.	3.III.1555
OFFICIALIS ALBERTI DUCIS IN PRUSSIA 4333 Tarlo Gabrieli	S.l.	11.II.1556

INDEX PERSONARUM ET LOCORUM

*Hoc in Indice nulla habetur ratio nominum propriorum in Introductione
occurrentium. Numeri ad paginas, non ad numeros documentorum remittunt.*

Abbreviationes

archiep.	– archiepiscopus	consil.	– consiliarius
can.	– canonicus	ep.	– episcopus
canc.	– cancellarius	opp.	– oppidum
cap.	– capitaneus	pal.	– palatinus
cast.	– castellanus	secr.	– secretarius

A

ALBANUS dux v. Ferdinandus Alvarez de Toledo.
 ALBERTUS, dux in Prussia, *passim*.
 ALBERTUS iunior, marchio Brandenburgensis, 113.
 ALBERTUS FRIDERICUS, filius ducis Alberti, 27-8, 31.
 ALEXANDER Magnus, 167.
 ALMANICUS, v. Germania.
 ANDRUSZEWICZ Ioannes, ep. Kioviensis, 118.
 ANGELI s. castrum, 176.
 ANGLIA, Angli, Anglicus (Englisch), 32, 37-8, 49, 93-4, 158.
 ANNA Jagellonica, soror Sigismundi Augusti, 9, 10.
 ANNA MARIA, 2 uxor ducis Alberti, 27-8, 31, 34.
 ANNA SOPHIA, filia ducis Alberti, 8, 13, 14, 16, 23, 27-8, 31, 33, 51, 82-3.
 ANTONIUS SIGISMUNDUS, subditus ducis Alberti, 95.

B

BACHSCHEIDT Lucas, consil. ducis Brunsvicensis, 59, 60.
 BACKFARCK Valentinus, musicus regius, 32, 75, 77.

BALICE v. Boner Ioannes.
 BARNIM, dux Pomeraniae, 153.
 BARZI Petrus, orator regis Poloniae, 16.
 BEHM Michael, servitor ducis Alberti, 29, 30.
 BIBERNECK Michael, subditus ducis Alberti, 162.
 BIECENSIS, 171.
 BIELEWICZ Ioannes, 145.
 BIELEWICZ Nicolaus, 43, 145.
 BIRZE, dux in, v. Radziwiłł Nicolaus "Rufus".
 BIRZE, tenutarius in, v. Oborski Petrus.
 BISKUPIEC POMORSKI (Bischoffswerder, Bischoffwerder), opp. in Pomerania, 90-2.
 BLOCHINGER Caspar, scriba Cancellariae ducis Alberti, 134.
 BOGNER Antonius, civis Regiomontanus, 36, 55.
 BOHEMIA, 113.
 BOHIBEL, BOHUBEL v. Pohibel.
 BONA, regina Poloniae, 9-12, 16, 29, 30, 34-5, 40, 57, 62, 69, 76-7, 81.
 BONER (Bonar) Ioannes, de Balice, cast. Chelmensis, 20, 171-2.
 BOTTICHER Christophorus, canc. Ordinis Livoniensis, *postea* consil. ducis Alberti, 83.

- BRANDENBURGENSIS, 18, 60, 113, 119, 123, 129, 141, 144, 153, 160, 174.
- BRANDT (Brant) Assuerus, cap. Tapiensis, consil. ducis Alberti, 21, 23, 26, 63, 116-18, 121, 125, 128, 135, 139-40, 156, 161, 175.
- BRATIAN (Brettichen), caitaneatus in Prussia Regali, 142.
- BREITFUSS (Bretfus) Iacobus, servitor regius, 42, 111.
- BREITFUSS Job, 82.
- BREMENSIS, 104-5.
- BRESLAU, BRESLAW v. Vratislavia.
- BRESTENSIS (Cuiaviensis), 3, 105, 144, 157.
- BRETFUS v. Breitfuss Iacobus.
- BRETSCHNEIDER Gabriel, filius Leonardi, 56.
- BRETSCHNEIDER Laurentius, filius Leonardi, aurifaber Vilmensis, 56.
- BRETSCHNEIDER Leonardus, civis Regiomontanus, 56.
- BRETTICHEN v. Bratian.
- BRUCKARUS Juschke, civis Iurgenburgensis, 95.
- BRUDZEWSKA Elisabeth, de Sieprc, palatina Lanciencensis, 57.
- BRUNSVICENSIS, 16, 33, 60, 68-9, 111, 114.
- BURCKSTALLER Volfius, 43.
- C
- CALISSIENSIS, 39, 50-1, 144, 165.
- CALISSIENSIS pal. v. Zborowski Martinus.
- CAMENECENSIS, 151.
- CAROLUS V., imperator, 49, 59, 60, 94-5, 160, 172, 176.
- CARTHAUS v. Kartuzy.
- CATHARINA Austriaca, regina Poloniae, 7, 10, 11, 14, 16, 23, 31, 35, 41, 43, 48-9, 51, 56, 58, 62, 64, 81, 83, 89, 97, 101, 109-10, 113, 116, 128, 132-3, 145, 149-50, 161-3, 172.
- CATHARINA Jagellonica, soror Sigismundi Augusti, 9, 10.
- CAUNA (Kauna, Kawen), Caunensis, 38-9, 43-4, 83, 89, 90, 102-3, 105, 138, 159-60, 175.
- CHEŁM (Chelm), Chelmensis, 20, 42, 98, 117, 146.
- CHELMENSIS cap. v. Tarlo Gabriel.
- CHELMENSIS cast. v. Boner Ioannes.
- CHODKIEWICZ (Cotkowitz) Gregorius, pal. Kioviensis, 118.
- CHODKIEWICZ (Cotkowitz, Kotkowitz) Hieronymus, cast. Trocensis, cap. Samogitiae gen., 46-7, 53, 118, 132-3, 137-8, 162, 177.
- CHRISTIANA RESPUBLICA, Christianus Orbis, Christianitas (Cristenheit), 19, 45, 51, 94.
- CHRISTIANUS III, rex Daniae, 38, 88, 94-5, 126, 153, 159-60, 162.
- CHRISTOPHORUS, dux Megapolensis, coadiutor Rigensis, 112-13, 121, 123-4, 146.
- CLEIPODIA (Memela, Memel), Cleipodiensis (Memelensis), arx in Ducatu Prussiae, 44, 106, 124, 157, 163.
- CLIVIENSIS dux v. Gulielmus.
- COADIUTEN (Koczitze, Koczycze, Koczitze), villa in confinibus Prussiae et Lithuaniae, 49, 59-61.
- COCHANOWSKI v. Kochanowski Iannes.
- COLNENSIS cap. v. Modliszewski Hieronymus.
- CONIN v. Konin.
- COSACI (Cossacken, Kossacken), 27, 147.
- COSLINUM (Keslinium, Köslin, Koszalin), opp. in Pomerania, 17, 18.
- COTKOWITZ v. Chodkiewicz.
- COVALIENSIS castellana v. Lwowska Ursula.
- CRACAU v. Crocau Reinholdus.
- CRACOVIA, Cracoviensis, 4, 5, 20, 70, 71, 85-6, 143, 145-6, 150, 161, 165, 169, 172.
- CRASSENSIS v. Kroże.
- CRETINGENSIS, 163.
- CROATIA, 143.
- CROCAU (Cracau) Reinholdus, adolescens, 20, 48, 85, 103, 151.
- CRUCIGER (Krzyzak) Felix, superintendens ecclesiae reformatae in Minore Polonia, 170.
- CUIAVIENSIS ep. v. Drohojowski Ioannes.
- CULMENSIS, 5, 6, 93.

CULMENSIS pal. v. Kostka Ioannes, Działyński Ioannes.
CZEMA (Zeme) Achatius, pal. Marienburgensis, 24-5, 85, 93, 97-8, 106-9, 114, 118 121, 136, 148, 159-60, 166.
CZEMA Fabianus, pal. Pomeraniae, 41, 93.

D

DAMERAW Wojanowski (von Woyna) Petrus, 134-5.
DANIA (Datia, Denmarck, Denmarckt), Dani, Danicus, 38, 88, 94-9, 126, 152-3, 159, 161-2, 175.
DANTZIGK, DANTZKER v. Gedanum.
DARLO v. Tarło Gabriel.
DENMARCK, DENMARCKT v. Dania.
DERLE v. Tarło Gabriel.
DEUSSIPUDA, locus, 56.
DEUTSCH, DEUTSCHES LANDT v. Germania.
DEUTSCHEYLAU, opp. in Ducatu Prussiae, 142.
DILS v. Tylza.
DOMANOWSKI Ioannes, ep. Samogitiae, 116-18.
DROHOJOWSKI Ioannes, ep. Cuiavien-sis, 111.
DUNABURGENSIS (Duneburgensis) commendator v. Kettler Gottardus.
DYRWIANENSIS tenutarius v. Gradowski Ioannes.
DZIAKOFF Ivanus, servitor regis Poloniae, 34.
DZIAŁDOWO v. Soldavia.
DZIAŁYŃSKI Ioannes, pal. Culmensis, 93.
DZIAŁYŃSKI Nicolaus, pal. Pomeraniae († 1545), 126.
DZIAŁYŃSKI (Dzialinski) Paulus, 125-6.
DZIAŁYŃSKI (Dzialinski) Raphael, 4, 125-6.

E

EIFLANDT, EIFLENDISCH v. Livonia.
ELBINGA (Elbing, Elbingk, Elbląg), Elbingenses (Elbinger), opp. in Varmia, 12-15, 21-2, 29, 62-3, 65-7, 77-80, 82, 86, 93-4, 98-102, 126, 142, 154, 165-6.

ELISABETH Austriaca, regina Poloniae († 1545), 7.
ELISABETH, comitissa Hennebergensis, 61, 64-5.
ELISABETH, filia ducis Alberti, 27-8, 31.
ENGLISCH v. Anglia.
ERICUS XIV, rex Sueciae iunior, 40.
ERMELANDT, ERMLENDISCH v. Varmia.
EUROPA, 123.
EYFFLANDT v. Livonia.

F

FABRI Stephanus, consil. ducis Brunsvicensis, 59, 60.
FERDINANDUS I, rex Romanorum, 25, 43, 64-5, 94-5, 113-15, 117, 123-4, 172.
FERDINANDUS Alvarez de Toledo, dux Albae, 176.
FEYERABENT Augustinus, 25.
FOLLER Henricus (Heintz), "rustmeister" ducis Alberti, 58.
FRIDEWALDT (Fridwaldt) Michael, subditus ducis Alberti, 55, 106.
FRISIUS, 30.
FÜRSTENBERG (Fürstenbergius), Guglielmus a, coadiutor magistri Livoniensis, 107-9, 112-13, 116-17, 120-1, 161-2.

G

GALEN, Henricus a, magister Ordinis Livoniensis, 87-8, 107-9, 112-13, 117, 119, 127, 129-31.
GALLIA, 32, 94, 122, 134, 158.
GANS Balthasar, secr. ducis Alberti, 12, 40.
GARSDA v. Gorzdy.
GEDANUM (Dantzick), Gedanenses (Dantzker), 7, 24-6, 29, 30, 36, 48, 55, 57, 78-9, 91, 113, 123, 126, 138, 154, 159, 163, 165.
GERMANIA (Deutsches Landt), Germanus, Germanicus (Almanicus, Deutsch), 7, 8, 16-18, 31-3, 68-70, 111-12, 114, 123, 125-6, 145, 147, 176.
GERMANIA INFERIOR, 114.

GNESNENSIS cast. v. Kretkowski Erasmus.
 GNOJEŃSKI (Gnoinski), nobiles, 20.
 GNOJEŃSKI Felix, 86.
 GNOJEŃSKI Nicolaus, 86.
 GNOJEŃSKI Petrus, 86.
 GOLDINGEN, 161.
 GOLIŃSKI Iacobus, 174.
 GOLIŃSKI Ioannes, 155, 174.
 GOLIŃSKI Stanislaus, 174.
 GORGELLAJTIS Simon, Samogita, 134.
 GORZDY (Garsda), opp. in Samogitia, 163-4.
 GOSLARIENSIS v. Schlitte Ioannes.
 GÓRKA, comites a, 70, 119.
 GÓRKA, Andreas a, 158.
 GÓRKA, Catharina a, uxor Raphaelis Działyński, 3, 4.
 GÓRKA, (Gorka, Gorcka, Gorkaw), Lucas a, cast., *postea* pal. Brestensis, 3, 105, 143, 154, 157-8.
 GÓRKA, Stanislaus a, 158.
 GRADOWSKI Ioannes, tenutarius Dyrwianensis, 157, 163,
 GRAMSDEN, locus, 124.
 GRANDEN, locus, 124.
 GRAUDENTINUS, 142.
 GRODNA, 124.
 GUELFERBYTUM (Wolfenbüttel), 60, 111.
 GULIELMUS, marchio Brandenburgensis, archiep. Rigensis, 87, 98, 107-9, 112-22, 124-8, 130, 134, 136-8, 140-1, 143-4, 146-8, 153, 156, 159-60, 172-5.
 GULIELMUS, dux Brunsvicensis, 16, 33.
 GULIELMUS, dux Iuliacensis et Cliuensis, 123-4.
 GUSTAVUS I, rex Sueciae, 9-12, 34, 39, 40, 54, 94-5.

H

HAB (Haff), "mare", 85-6.
 HACK Albertus, scriba Cancellariae ducis Alberti, 51-2, 153.
 HAMBURGENSIS, 104-5.
 HANSEATICAE civitates, 104.
 HASSIA (Hessen), 64-5.
 HEGEMON (Hegeman) Ioannes, armifactor, regii armamentarii praefectus, 23-4, 81, 110.

HEILGENAU, locus, 124.
 HENISCH (Heinisch) Fabianus, civis oppidi Lauben in Silesia, 43.
 HENNEBERGA, Hennebergk, Hennebergensis, 61, 64-5.
 HENRICUS II, rex Galliae, 94-5, 122, 158.
 HENRICUS II, dux Brunsvicensis, 33, 60, 68, 111, 114-15.
 HESS Andreas, armifactor ducis Alberti, 24.
 HESSEN v. Hassia.
 HISPANIA, Hispani, 122, 172.
 HOHENSTEINENSIS, 57, 174.
 HOLLANDI, 122.
 HOLLENDISCH (Paślęckie), 135.
 HOLTZSCHUCHER Christophorus, 30.
 HOPPE Ioannes, rector gymnasii Elbingensis, 165-6.
 HORNOSTAJ Ivanus, pal. Novogrodenensis, 118.
 HOSIUS Stanislaus, ep. Varmiensis, 13-15, 22-3, 86, 98-102, 113.
 HOSIUS Ulricus, teloneator Caunensis, 41.
 HUNGARIA (Ungaria), 4, 5, 45, 77.
 HYALINUS Ioannes, concionator Toruniensis, 44.

I

IŁOWSKI Alexander, cast. Visnensis, 117.
 IOACHIMUS a Poděbrady, dux Munsterbergensis, ep. Brandenburgensis, 59, 60.
 IOANNES IV Basilides, m. dux Moscoviae, 12, 25, 54, 59, 60, 94-5.
 IOANNES ALBERTUS, dux Megapolensis, 3, 8, 14, 20, 23, 31, 33, 51, 84, 91, 95, 139, 156-7, 173-4.
 IOANNES FRANCISCUS, civis Regiomontanus, 53.
 IOANNES FRIDERICUS I, elector Saxoniae, 31.
 ISABELLA Jagellonica, regina Hungariae, 77.
 ITALIA, 32-3, 62, 77, 96.
 IULIACENSIS dux v. Gulielmus.
 IURGENBURGUM, Iurgenburgensis, 95.
 IUSTINOPOLIS (Capodistria, Koper), Iustinopolitanus, 143, 155.

J

- JOB v. Breiftuss Job.
 JONAS Christophorus, doctor, consil. ducis Alberti, 44, 105.
 JORDAN Spytco, de Zakliczyn, R.P. thesaurarius, 151.
 JUNOSZA Ioannes, succamerarius Wyszogrodensis, 155, 174.
 JUSZKAJTIS Petrus, Samogita, 134.

K

- KANNACHER Martinus, burggravius Regiomontanus, 81, 83, 96.
 KARTUZY (Carthaus), bona prope Gedanum, 113.
 KAUNA, KAWEN v. Cauna.
 KEMLINGRAD Gotschalculus, 122.
 KESLINIUM v. Coslinum.
 KETTLER Gottardus, commendator Dunabergensis, 112-13.
 KIOVIENSIS (Kyowiensis) ep. v. Andruszewicz Ioannes.
 KIOVIENSIS pal. v. Chodkiewicz Gregorius.
 KIRCHOFF Melchior, civis Rigensis, 86-9.
 KNIPER Benedictus, civis Regiomontanus, tormentorum bellicorum magister, 62.
 KOCHANOWSKI (Cochanowski) Ioannes, 96.
 KOCZITZE, KOCZYCE v. Coadiuten.
 KOKENHAUSEN (Kockenhausen, Kukenhausen), arx in Livonia, 107, 119, 122, 124.
 KONARSKI Christophorus, 159-61.
 KONARSKI Marcellus, servitor ducis Alberti, 29, 77, 175.
 KONARSKI Stanislaus, 77, 175.
 KONECKI (Koniecki) Ioannes, servitor reginae Bonae, 57.
 KONIN (Conin), Koninensis, 73, 151, 152.
 KONINENSIS pastor v. Lutomirski Stanislaus.
 KOPPEN Ioannes, civis Gedanensis, factor regius in Samogitia, 36, 163.
 KÖSLIN v. Coslinum.
 KOSSACKEN v. Cosaci.
 KOSTKA Ioannes, advocatus (vogt) arcis Marienburg., 84-5, 90-3.

- KOSTKA (Koska) Ioannes, cast. Gedanensis, thesaurarius terrarum Prussiae, 59, 60, 68, 74, 92, 134, 138-9, 159.
 KOSTKA Stanislaus, pal. Culmensis, thesaurarius terrarum Prussiae, 5, 6, 58-60.
 KOSZALIN v. Coslinum.
 KOŚCIELECKI Ianussius, cap. Maioris Poloniae gen., 145.
 KOTKOWITZ v. Chodkiewicz.
 KOTZITZE v. Coadiuten.
 KRETKOWSKI Erasmus, cast. Gnesnensis, 111.
 KROPISKI v. Krupiszki.
 KROTOWSKI Ionnes, 158.
 KROZE, Crassensis, opp. in Samogitia, 30, 95, 122, 134, 162, 176.
 KROZE, cap. in, v. Skaszewski Stanislaus.
 KRUPISZKI (Kropiski), locus prope Ragnetam, 121.
 KRZYKOWSKI (Krzikowski) Stiborius, Cancellariae praefectus, 103.
 KRZYWINENSIS cast. v. Zborowski Martinus.
 KRZYŻAK v. Cruciger Felix.
 KUCKERNEESE (Kukernese), 38.
 KUKENHAUSEN v. Kokenhausen.
 KUKERNEESE v. Kuckerneese.
 KUNCEWICZ (Kurcewicz) Ioannes, teloneator Caunenensis, 41.
 KUNHEIM, Erhardus a, servitor ducis Alberti et Ioannis Pzerembski, 113, 115, 125, 128, 132, 142, 161-2.
 KUPISZKI (Kupiski), 139.
 KYOWIENSIS v. Kioviensis.

L

- LABIAU, arx in Ducatu Prussiae, 44.
 LANCICIENSIS palatina v. Brudzewska Elisabeth.
 LASOTA (Lassota) Stanislaus, secr. regius, succamerar. Lublinensis, 113.
 LATINUS (Latteinisch, Lattinisch), 18, 58, 69, 70, 147.
 LAUBEN (Lubań), opp. in Silesia, 43.
 LAURENTIUS, tenutarius Chelmenensis, 42.

LEOPOLIENSIS dapifer v. Sieniawski Procopius.
 LEWICKI Andreas, cap. Pomnichoviensis, 6.
 LINENSIS, 151.
 LISMANINUS (Lismanninus) Franciscus, reformator, 167-8, 170-72.
 LITHUANIA, Lithuani, Lithuanicus (Littisch), 35, 58-9, 61, 70, 72, 76, 83, 85, 88, 103-7, 114-15, 118, 122, 124-7, 130, 132, 135, 162, 164.
 LIVONIA (Eiflandt, Eyfflandt), Livones, Livoniensis (Eiflender), Livonicus (Eiflendisch), 33, 87-8, 104-9, 112-15, 117-33, 135, 137-8, 145-7, 149, 152, 155-6, 159-62, 166, 175.
 LIVONIENSIS Ordo, 87-8, 107-9, 115-16, 119, 161.
 LOCHNICKI (Lochnitzki, Łochnicki) Ioannes, servitor ducis Alberti, 10, 30, 35-7.
 LOHMÜLLER Ioannes, consil. ducis Alberti, 54.
 LOMZENSIS cap. v. Modliszewski Hieronymus.
 LONDINUM, 37.
 LONGOBARDI, 122.
 LOYTZ Simon, civis Gedanensis, 138, 159.
 LUBAŃ v. Lauben.
 LUBECENSIS (Lubicensis), 104-5.
 LUBLINENSIS succamerarius v. Lasota Stanislaus.
 LUNSKI, LUNTSCHKY v. Łącki.
 LUSIŃSKI (Łużyński) Ioannes, minister verbi in Minore Polonia, 169-70.
 LUTOMIRSKI (Luthomirski) Ioannes, 154.
 LUTOMIRSKI (Luthomirski) Stanislaus, pastor Koninensis, 73, 151.
 LWOWSKA Ursula, de Sieprc, castellana Covaliensis, 57.

Ł

ŁĄCKI (Lunski, Luntschky) Caspar, servitor Nicolai Radziwiłł "Nigri", orator regis Poloniae in Livonia, 89, 116-17, 120-1, 136, 144, 146.
 ŁOCHNICKI v. Lochnicki.
 ŁUŻYŃSKI v. Lusiński.

M

MACIEJOWSKI Stanislaus, aulae regiae marscalcus, cast. Sandomiriensis, 174.
 MALECKI (Maletius) Ioannes, typographus, 121-2.
 MARIA, regina Angliae, 49, 158.
 MARIENBURGUM (Marienburgk, Marienburgk), Marienburgensis (Marienburgisch, Marienpur-gisch), arx in Prussia Regali, 5, 6, 16, 24, 42, 48, 58-60, 68, 84-5, 90-3, 97, 106-7, 109, 114, 118, 121, 123, 136, 138, 152, 159-60, 166.
 MARIENBURGENSIS cap. v. Myszkowski Stanislaus.
 MARIENBURGENSIS pal. v. Czema Achatius.
 MASKOWSKI Nicolaus, cap. in Szawle, 122, 132, 146, 175.
 MASOVIA (Mazovia), Masovitae, 142, 151, 173.
 MATISSAYTIS, Samogita, 176.
 MAURITIUS (Moritz), dux Saxoniae, 31.
 MECKELBURG v. Megapolis.
 MEDIGER Nicolaus, 21-2, 29.
 MEGAPOLIS (Megapolia, Meckelburg, Megalburgum), Megapolensis, 3, 7, 8, 14, 17, 20, 22-3, 25, 31, 33, 51, 63, 82, 84, 91, 95, 112, 121, 123, 139-40, 146, 155-7, 173.
 MEMELA, MEMEL, MEMELENSIS v. Cleipodia.
 MENICKE Ioannes, subditus ducis Alberti, 10.
 MEYBAUM Matthias, civis in Kroze, 30.
 MEYER Leonardus, civis Cracoviensis, 145.
 MIELENSKI Alexander, litterarum studiosus, *postea* annas Trzemesznensis, 32.
 MIĘDZYRZECENSIS, 50, 71, 96, 119.
 MIĘDZYRZECENSIS cast. v. Ostroróg Stanislaus.
 MIMELA (Niemen), fl., 138.
 MIRAW (Mirau) Andreas, nauclerus, 30, 57, 70.
 MISKOFFSKI, MISKOPFSKY, MISCOWSKY v. Myszkowski.
 MODLISZEWSKI Hieronymus, cap. Lomzensis et Colnensis, 11.

MODRUSIENSIS ep. v. Vergerius
Petrus Paulus.

MODRZEWSKI Andreas Fricius, secr.
regius, 111.

MONCZER, MONZER v. Muntzer.

MONTMORENCY Annas, comestabilis
Galliae, 158.

MOSCOVIA (Moschovia, Muscaw),
Moscowitter), 12, 18, 19, 23, 25,
54, 58-9, 94-5, 102-3, 114, 118.

MÜNSTER, Caspar a, marsc. provin-
cialis Ordinis Livoniensis, 104-5,
107-9, 116-17, 146, 150, 161-2.

MÜNSTER, Ioannes a, can. Rigensis,
107.

MUNSTERBERGA (Munsterbergk,
Ziembice), Munsterbergensis, 59,
60.

MUNTZER (Monczer, Monzer)
Andreas, secr. ducis Alberti, 4-6,
8, 10., 21-3, 25, 31, 37, 39, 46, 48,
53, 63, 66-7, 69, 71-2, 74-6, 78, 80,
82-6, 95, 113, 115, 118-19, 121,
124, 126, 131-2, 136-8, 140-1, 143-
4, 149, 154-7, 160, 166, 168, 170-2,
174, 177.

MUSCAW, MUSCHOVIA, MUSCOWITTER
v. Moscovia.

MYSZKOWSKI (Miskopfsky, Miscow-
sky) Petrus, scholasticus Crac.,
145-6, 149-50.

MYSZKOWSKI (Miskoffski) Stanislaus,
cap. Marienburgensis, 5, 6, 62,
152-4, 165-6.

N

NARVA (Ruthenica Narven), 54.

NEAPOLITANUS, 57, 62, 69, 70.

NEIDENBURGENSIS, 142, 174.

NEUENHOF, Christophorus a, cogno-
minatus von der Leye, commen-
dator Goldingensis, 161-62.

NEUHAUSEN (Newenhaus, Nova
Domus), arx in Sambia, 32-3, 36,
116-17.

NIDA, fl., 20, 86.

NIEMEN v. Mimela.

NOVA DOMUS v. Neuhausen.

NOVOGRODENSIS pal. v. Hornostaj
Ivanus.

O

OBORSKI Petrus, tenentarius in Birze,
122, 132, 175.

OCIESKI (Oczieski, Ozcieski) Ioan-
nes, R.P. canc., 23, 29, 85-6, 105,
151, 160.

OLDENBURG, comes ab, 128.

OLELKOWICZ Simeon, dux Slucensis,
56.

OLICENSIS dux v. Radziwiłł Nicolaus
"Niger".

OLYKA (Olicka, Olika, Olyka), dux
in, v. Radziwiłł Nicolaus "Niger".

OSTROGSKI Constantinus, 10.

OSTROŁĘKA, 62.

OSTRORÓG (Ostrorock) Iacobus, 50,
119, 158.

OSTRORÓG (Ostrorock) Stanislaus,
cast. Międzyrzecensis, 50, 71, 96,
119, 158.

OTTENDORFF Christophorus, subdi-
tus ducis Alberti, 43, 113, 144.

OZCIESKI v. Ocieski.

P

PAGETUS (Pacetus) Gulielmus, con-
sil. regis Angliae, 37, 49, 158.

PARMENSIS, 81.

PAULUS IV papa, 59, 60, 123-4, 176.

PETRICOVIA (Peterkau), Petricovien-
sis (Petercausch), 24, 63-4.

PHILIPPUS I, dux Pomeraniae, 17, 18,
20, 153.

PHILIPPUS II, rex Angliae, 37-8, 49,
94-5, 158.

POHIBEL (Bohibel, Bohubel) Bernar-
dus, secr. Gabrielis Tarlo, 31, 59,
89.

POLENTZ, Christophorus a, cap. in
Schönberg, 57.

POLEY (Puley) Matthias, secr. comi-
tum a Görka, 70.

POLONIA, POLONI, *passim*.

POLONIA MAIOR, 145, 167.

POLONIA MINOR, 167, 170-1.

POLAGA (Polangen), opp. et bona in
Samogitia, 164.

POMNICHOWIENSIS cap. v. Lewicki
Andreas.

POMERANIA (Pommern), 17-20, 41,
63, 93, 123, 126, 142, 152-3, 175.

POMERANIAE pal. v. Czema Fabianus.
 PORTUGALENSIS, 122.
 POSNANIENSIS, 10, 149, 157.
 PRABUTY v. Risenburgum.
 PRETWICZ (Pretwitz) Bernardus, cap.
 Trembovlensis, 27-8, 77, 115, 128,
 147.
 PREUSSISCH MARK (Preuschmarck,
 Preuschmargt), arx in Ducatu
 Prussiae, 26.
 PROTASEWICZ Valerianus, ep. Vilnen-
 sis, 118.
 PRUSSIA, PRUTHENI, *passim*.
 PRZASNYSZ, opp. in Masovia, 142.
 PRZEREMBSKA Hedvigis, uxor Ioan-
 nis Kostka, 68, 92-3.
 PRZEREMBSKI (Przeremski, Przerem-
 ski) Ioannes, R.P. vicecanc., 15,
 21, 29, 48, 55, 67, 72, 74, 80, 85,
 91-2, 103, 115, 117, 140, 160, 163.
 PULEY v. Poley.

R

RACZKOWSKI Albertus, aurifaber
 Cracoviensis, 20.
 RADOMIA (Radom, Radum), 98, 117,
 146.
 RADOMIENSIS cast. v. Tarlo Gabriel.
 RADZIWIŁŁ (Radywil, Ratzewil)
 Nicolaus "Niger", dux in Olyka
 (Olicka, Olika, Olyka) et Nie-
 śwież, pal. Vilnensis, M.D.L.
 canc., 13, 15, 23, 36, 44, 46, 48,
 53-4, 56, 60, 62, 66, 76, 80, 85, 89,
 90, 97-8, 101-4, 106, 108, 112, 114-
 15, 117-18, 120-1, 124, 126, 131,
 136, 141-2, 144, 155, 173, 177.
 RADZIWIŁŁ Nicolaus "Rufus", dux in
 Dubinki et Birze, pal. Trocensis,
 37, 102, 118, 121, 124, 130-1, 133,
 137, 139, 141, 150, 175.
 RAGNETA (Ragnit, Ragnitt, Rangnet,
 Rangneta), arx in Ducatu Prus-
 siae, 24-5, 44, 48, 83, 96-8, 100-3,
 121-2, 132, 137-8.
 REGIUS MONS, REGIOMONTANUS, *pas-
 sim*.
 REKENTIN Georgius, 175.
 REKENTIN Maess, a Rolofshagen,
 175.
 RHENENSIS, 35.
 RICHTER Franciscus, civis Posna-
 niensis, 10.

RICHWALSKI v. Rychwalski.
 RIGA, Rigensis, 86-9, 97-8, 107, 109,
 112-13, 115-22, 124-8, 130, 134,
 136-41, 143, 145-6, 153, 157, 159-
 60, 172, 175.
 RIGENSIS archiep. v. Gulielmus mar-
 chio Brandenburgensis.
 RIKA (Rike) Iacobus, proconsul
 Elbingensis, 14, 15, 77-80, 82-3.
 RISENBURGUM (Risenburgk, Prabu-
 ty), opp. in Pomesania, 77-8, 80,
 84-5, 91-2.
 ROGOSNENSIS cast. v. Tomicki Ioan-
 nes.
 ROLOFSHAGEN in Pomerania, 175.
 ROMA, Romanus (Romisch), 13, 43,
 52, 59, 64, 88, 94, 114, 123, 172,
 176.
 ROMANUM Imperium, 94.
 ROMLAU Fabianus, subditus ducis
 Alberti, 43.
 ROSSOW Iacobus, civis Caunensis,
 175.
 RUDNIKI (Rudnick), 103, 105, 118,
 121, 123.
 RUSSIA, Rutheni (Ruteni), Rutheni-
 cus, 28-9, 41, 45, 54, 132.
 RUSSIAE pal. v. Sieniawski Nicolaus.
 RUSZKOWSKI Vincentius, stipator
 regius, 143.
 RUTZEI, locus, 124.
 RYCHWALSKI (Richwalski) Albertus,
 148-9.

S

SACHSEN v. Saxonia.
 SADLAUKEN, villa in districtu
 Morungensi, 85.
 SALATY (Salata), locus, 131.
 SAMOGITIA (Samogithia, Sameiten),
 Samogitiae, Samogitienses, 36, 41,
 46-7, 53-4, 106, 116-18, 122, 124-6,
 130, 132, 134, 137-8, 149, 162-4.
 SAMOGITIAE cap. v. Chodkiewicz
 Hieronymus.
 SAMOGITIAE ep. v. Domanowski
 Ioannes, Wierzbicki Venceslaus.
 SARCERIUS Valentinus, concionator
 Elbingensis, 93-4, 165-6.
 SARMATICUM mare, 19.
 SAXONIA (Sachsen), 31, 64-5.
 SBOROWSKI v. Zborowski.

- SCHACK Venceslaus, subditus ducis Alberti, 134.
- SCHARAFKI v. Szarawka.
- SCHAVLA v. Szawle.
- SCHELLENSCHMID v. Scipio Achilles.
- SCHLITTE (Schlede) Ioannes, mercator Goslariensis, 94-5.
- SCHMIDT Ioannes, consul civitatis Bischoffswerder, 90-1.
- SCHÖNBERG, praefectura in Ducatu Prussiae, 57, 142.
- SCHULLER Martinus, civis Marienburgensis, 42, 55.
- SCHULTZ Gregorius, secr. ducis Alberti, 28, 32.
- SCHUTZBAR Wolfgangus, magister gen. Ordinis Theutonicorum, 19, 20, 112-15, 123-4.
- SCHWEDEN v. Suecia.
- SCIPIO Achilles, cognominatus Schellenschmid, iudex Vratislaviensis, rei militaris peritus, 51-3, 71-2.
- SCYTHAE (Scithae), 118.
- SECLUCIANUS Ioannes, concionator Polonus in Regio Monte, 84, 153-4.
- SIENIAWSKI Nicolaus, pal. Russiae, 28-9, 45.
- SIENIAWSKI Procopius, dapifer Leopoliensis, 30.
- SIGISMUNDUS I, rex Poloniae, 38, 148.
- SIGISMUNDUS AUGUSTUS, rex Poloniae, *passim*.
- SILESIA, 43.
- SILSLAU v. Żeliszawski.
- SILVIUS Constantinus, secr. ducis Alberti, 7, 18, 26, 33, 38, 43, 54, 60-1, 88, 93, 96, 100, 100-5, 108, 111, 127, 130, 136, 139, 152, 165, 176.
- SKASZEWSKI Stanislaus, cap. in Kroze, 30, 95, 122, 134, 162, 175-6.
- SLOVENIA, 143.
- SLUCENSIUS dux v. Olelkowicz Simeon.
- SOLDAVIA (Soldavium, Działdowo), Soldaviensis, opp. in Ducatu Prussiae, 6, 173-4.
- SOLIMANUS II, imperator Turcarum, 45.
- SOPHIA Jagellonica, dux Brunsvicensis, 9, 10, 60, 68-9, 111.
- SPETH Fridericus, eques auratus, nuntius marchionum Brandenburgensium, 153.
- SPRENGEL Ioannes, magister, secr. iudiciorum Elbingensium, 98, 101.
- STENDTRICH (Stendrich) Henricus, scribe Cancellariae ducis Alberti, 64-5, 133, 135, 148.
- STETINIA, 18.
- STRADAUNENSIS, 56.
- STRECKFUSS Ioannes, civis Regiomontanus, 43, 145.
- SUECIA (Swetia, Schweden), Suecus, Sueticus (Schwedisch), 9, 11, 12, 34, 39, 40, 54, 82, 94.
- SWERO Lucas, servitor regius, 34.
- SWERO Michael, servitor regius, 34.
- SZARAWKA (Scharafki), bona et arx in Podolia, 27.
- SZAWLE (Schavla), opp. in Samogitia, 122, 146.

T

- TANTZIN TANZINSKI v. Tęczyński Stanislaus.
- TAPIENSIS cap. v. Brandt Assuerus.
- TARŁO (Darlo, Derla, Derle, Terla, Terle) Gabriel, cast. Radomiensis, cap. Chelmensis, magister curiae reginae Poloniae Catharinae, 8, 10, 11, 14, 16, 23, 35, 41-3, 48-9, 51, 58, 62, 81, 83, 89-91, 93, 97-8, 101, 109-10, 113, 117, 128, 132-3, 145-6, 149, 161-2, 172.
- TARNOWSKI (comes a Tarnau, Ternoft, Tharnau) Ioannes, cast. Crac., exercituum R.P. cap., 85-6, 119, 143, 150, 165.
- TARTARI, 19.
- TERLA, TERLE v. Tarło Gabriel.
- TERNOFT v. Tarnowski.
- TĘCZYŃSKI (Tantzin, Tanzinski) Stanislaus, pal. Crac., 85-6, 119, 161, 165-6.
- THALBWITZ Nicolaus, adolescens, 43.
- THARNAU v. Tarnowski.
- THEUTONICORUM Ordo (Teutonicus Ordo), 19, 20, 88, 113-14, 123.
- THORN, THORONIENSIS, THORUNENSIS v. Torunia.

TILSA (Dils, Tilset, Tilseth, Tilsit),
 arx et opp. in Ducatu Prussiae,
 44-8, 86, 88-90, 93, 95, 176.

TIMME Ioannes, musicae studiosus,
 32, 75.

TOMICI (Tomitzki) Ioannes, cast.
 Rogosnensis, 50, 119, 158.

TORUNIA (Thorn), Toruniensis (Tho-
 roniensis, Thorunensis), 44, 78-9.

TRACKE v. Troki.

TREMBOVLENSIS cap. v. Pretwitz
 Bernardus.

TREPKA Eustathius, minister verbi,
 4, 84, 96.

TRICESIUS v. Trzeczieski.

TROKI (Tracke, Trock, Trok), Tro-
 censis, 37, 46-7, 102-3, 118, 121,
 124, 130-3, 137-9, 141, 150, 177.

TROCENSIS cast. v. Chodkiewicz Hie-
 ronymus.

TROCENSIS pal. v. Radziwiłł Nico-
 laus "Rufus".

TRZEBUCHOWSKI Nicolaus, cubiculi
 regii praefectus, 43.

TRZEBUCHOWSKI Stanislaus, secr.
 regius, 48, 67.

TRZECIESKI (Tricesius) Andreas
 iunior, 155-7.

TRZEMESZNENSIS, 33.

TURCAE (Turci, Turcken), Turcicus
 (Turckisch), 19, 28, 45, 51, 58, 94,
 147-8.

U

UBA Stanislaus, 54.
 UNGARIA v. Hungaria.

V

VARMIA (Ermelandt), Varmiensis
 (Warmiensis, Ermlendisch), 12-
 15, 22, 86, 98, 101, 113.

VARSAVIA (Varsovia, Warschovia,
 Warsowia, Warschau, Warschaw,
 Warsaw, Warsaw), Varsaviensis,
 9, 77-9, 81-2, 84, 152-3, 162-2,
 173-4, 176.

VELUNA, 44.

VERGERIUS Petrus Paulus, ep.
 Modrusiensis, *postea* Iustinopoli-
 tanus, *postea* reformator, 142-3,
 155, 173, 176-7.

VERGILIUS, poeta, 100.

VILNA (Wilna, Wilde, Wildt, Wille),
 Vilnensis (Wildnisch, Wilnisch),
 10, 11, 15, 21, 23-4, 32, 35-6, 38-9,
 44, 46-8, 53-6, 60, 62, 66, 75-6, 89,
 90, 97-8, 101, 103-4, 108, 112, 114-
 15, 117-18, 120-1, 124, 126, 131,
 135-6, 142, 144, 155, 159-60, 173.

VILNENSIS ep. v. Protasewicz Vale-
 rianus.

VIROVITTA Matthias, 177.

VISLA v. Vistula.

VISMARIA, 16.

VISNENSIS, 117.

VISTULA (Visla), fL., 19, 29.

VOGELWEIDER Eustachius, civis
 Regiomontanus, 10, 55, 72.

VOIGT Stanislaus, servitor Gulielmi,
 archiepiscopi Rigensis, 175.

VOLKINIKI v. Wolkiniki.

VRATISLAVIA (Breslau, Breslaw),
 Vratislaviensis (Wratislaviensis),
 51-3, 71-2, 148-9.

W

WARBURG (Warpurg) Christophorus,
 baro de, consil. ducis Alberti, 68.

WARGAWSKI, can. Cracoviensis, 151.

WARMIENSIS v. Varmia.

WARSCHAU, WARSCHAW, WARSOVIA
 etc. v. Varsavia.

WERDEN, Ioannes a, iunior, 26.

WIERZBICKI Venceslaus, ep. Samogi-
 tiae, 41.

WILKANOWSKI Adamus, cast. Wysz-
 grodensis, 142.

WILDE, WILDT, WILLE, WILNA, WILD-
 NISCH, WILNISCH v. Vilna.

WITKAJTIS Bartholomaeus, Samogi-
 ta, 134.

WOJANOWSKI v. Dameraw Petrus.

WOLFENBÜTTEL v. Guelferbytum.

WOLGAST (Wologoszcz), opp. in
 Pomerania, 16, 18, 20.

WOLKINIKI (Volkiniki), opp. in pala-
 tinatu Trocensi, 104.

WOLŁOWICZ Eustachius, M.D.L.
 marscalcus, 56.

WOLYNIEC Matthias, civis Posna-
 niensis, 157.

WOLYNIEC Sebastianus, filius Mat-
 thiae, 157.

WOYNA v. Dameraw Petrus.
WRATISLAVIENSIS v. Vratislavia.
WYSZOGRODENSIS, 142, 155, 174.
WYSZOGRODENSIS cast. v. Wilkanowski Adamus.
WYSZOGRODENSIS succamerarius v. Junosza Ioannes.

Z

ZAKROCZYM, opp. in Masovia, 77.
ZAWADZKI Florianus, 56.
ZBOROWSKI (Sborowski) Ioannes, aulicus ducis Alberti, 119.
ZBOROWSKI (Sborowski) Martinus, pal. Calissiensis, 39, 50-1, 119, 143-4, 154, 158, 165-6.

ZBOROWSKI Martinus, cast. Krzywiniensis, 105.
ZEME v. Czema Achatius.
ZIEMBICE v. Munsterberga.
ZISSMORA v. Zyzmory.
ZITWITZ Ioannes, rothmagister Alberti iunioris, marchionis Brand., 113.

Ż

ŻELISŁAWSKI (a Silslau) Franciscus, servitor reginae Bonae, 16.
ŻYZMORY (Zissmora), opp. in Samogitia, 103, 149-50.

FINITO DI STAMPARE CON I TIPI DELLA

TIP. EDIGRAF - ROMA - TEL. 8271694

NEL MESE DI GIUGNO 1987

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES (CONT.)

- XIX — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VI pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+429, 121 doc. (A.D. 1556-1620), 4 tab., 1968.
- XX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, II pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 266 doc. (A.D. 1577-1696), 4 tab., pp. VI+324, 1969.
- XXI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Simancas*, VII pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, 187 doc. (A.D. 1491-1696), 2 tab., pp. VIII+262, 1970.
- XXII — *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, doc. 183 (A.D. 1535-1588), pp. VIII+210, 2 tab., 1970.
- XXIII — A. *Documenta Polonica ex Archivo Parmensi*, II pars. Doc. NN. 184-319 (A.D. 1598-1772), B. *Documenta Polonica ex Archivo Capitulari in Brisighella*. 63 doc. (A.D. 1578-1588), Ed. V. MEYSZTOWICZ et W. WYHOWSKA DE ANDREIS, p. 297, 2 tab., 1970.
- XXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, III pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 152 doc. (A.D. 1419-1564), pp. VIII+301, 4 tab., 1971.
- XXV — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, IV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 78 doc. (A.D. 1563-1572), 6 tab., pp. VIII+248, 1971.
- XXVI — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 145 doc. (A.D. 1559-1589), 4 tab., pp. VIII+320, 1972.
- XXVII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 262 doc. (A.D. 1589-1612), pp. VIII+377, 1972.
- XXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Mediceo Florentino*, III pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ et WANDA WYHOWSKA DE ANDREIS, 205 doc. (A.D. 1613-1626), 4 tab., pp. VIII+376, 1972.
- XXIX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, V pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 139 doc. (A.D. 1578-1630), 5 tab., pp. VIII+376, 1972.
- XXX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, I pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, 447 doc. (A.D. 1525-1548), 9 tab., pp. XV+259, 1973.
- XXXI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, II pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, 447 doc. NN. 448-854 (A.D. 1549-1562), 7 tab., pp. IX+241, 1974.
- XXXII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, III pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 855-1237 (A.D. 1563-1572), 10 tab., pp. VIII+268, 1974.
- XXXIII — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, VI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA et G. STEEN JENSEN, 140 doc. (A.D. 1632-1699), 5 tab., pp. X+20, 1974.
- XXXIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, IV pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1-212 (A.D. 1525-1530), 6 tab., pp. XVI+230, 1975.
- XXXV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, V pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 213-551 (A.D. 1531-1537), 3 tab., pp. X+228, 1975.
- XXXVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 552-761 (A.D. 1538-1542), 3 tab., pp. VIII+227, 1975.
- XXXVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 762-1501 (A.D. 1543-47), tab., pp. VIII+256, 1976.
- XXXVIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, VIII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1052-1215 (A.D. 1548-49), 6 tab., pp. XII+206, 1976.
- XXXIX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, IX pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1216-1424 (A.D. 1550-53), 4 tab., pp. VIII+226, 1976.
- XL — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, X pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1425-1724 (A.D. 1554-1559), 3 tab., pp. X+226, 1976.
- XLI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1725-2009 (A.D. 1560-1566), 4 tab., pp. VIII+226, 1977.
- XLII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 2010-2220 (A.D. 1567-1572), 4 tab., 1977, pp. X+196, 1977.
- XLIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XIII pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1-269 (A.D. 1534-1565), 4 tab., pp. VIII+228, 1978.
- XLIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1-156 (A.D. 1546-1567), 3 tab. pp. VIII+190, 1978.
- XLV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XV pars., Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. NN. 1-197 (A.D. 1525-1572), 6 tab., pp. X+192, 1977.
- XLVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVI pars. Ed. C. LANCKOROŃSKA, doc. 1-72 (A.D. 1525-1535), 4 tab., pp. X+188, 1979.

- XLVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVII pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 173-302 (A.D. 1536-1538), 4 tab., pp. VIII+213, 1979.
- XLVIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XVIII pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 303-419 (A.D. 1539-1541), pp. VIII+246, 1979.
- XLIX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XIX pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 420-526 (A.D. 1542-1548), 5 tab., pp. VIII+214, 1980.
- L — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XX pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 527-602 (A.D. 1549-1568), pp. VIII+212, 4 tab., 1980.
- LI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXI pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 1-258 (A.D. 1525-1528), pp. X+196, 4 tab., 1980.
- LII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXII pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 259-676 (A.D. 1529-1531), pp. X+284, 1981.
- LIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXIII pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 677-1081 (A.D. 1532-1534), 2 tab., pp. X+272, 1981.
- LIV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXIV pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 1082-1379 (A.D. 1535-1536), pp. X+241, 1982.
- LV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXV pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 1380-1587 (A.D. 1537-38), pp. VIII+190, 1982.
- LVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVI pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 1588-1886 (A.D. 1539-40), pp. X+282, 1982.
- LVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVII pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 1869-2183 (A.D. 1541-1542), pp. VIII+248, 1983.
- LVIII — *Documenta ex Archivo Ioannis Morone ad Poloniam spectantia, quae in Archivo Secreto Vaticano asservantur*, I pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 1-128 (A.D. 1561-1580), pp. IX+251, 1984.
- LIX — *Documenta ex Archivo Cardinalis Ioannis Morone ad Poloniam spectantia, quae in Archivo Secreto Vaticano asservantur*, II pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 1588-1868 (A.D. 1560-1544), pp. IX+195, 1984.
- LX — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXVIII pars. Ed. C. LANCKORONSKA, doc. 2184-2480 (A.D. 1543-1544), pp. IX+195, 1984.
- LXI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXIX pars. Ed. C. LANCKORONSKA et L. OLECH, doc. 2481-2828 (A.D. 1545-1546), pp. VIII+149, 1985.
- LXII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXX pars. Ed. C. LANCKORONSKA et L. OLECH, doc. 2829-3281 (A.D. 1547-1548), pp. VIII+277, 1985.
- LXIII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXXI pars. Ed. C. LANCKORONSKA et L. OLECH, doc. 3282-3558 (A.D. 1549-1550), pp. VIII+187, 1986.
- LXIV — *Brevia Romanorum Pontificum ad Poloniam spectantia*, vol. I (Brevia saeculi XV). Ed. H.D. WOJTYSKA CP, pp. XV+127, 1986.
- LXV — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXXII pars. Ed. C. LANCKORONSKA et L. OLECH, doc. 3559-3862 (A.D. 1551-1552), pp. VIII+195, 1986.
- LXVI — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXXIII pars. Ed. C. LANCKORONSKA et L. OLECH, doc. 3863-4197 (A.D. 1553-54), pp. VIII+250, 1987.
- LXVII — *Res Polonicae ex Archivo Regiomontano*, XXXIV pars. Ed. C. LANCKORONSKA et L. OLECH, doc. 4198-4474 (A.D. 1555-56), pp. VIII+197, 1987.
- LXVIII — *In praeparatione*.

DEPOSITARII:

« International Book Distributors »
 LIBRERIA
 117-120, Piazza Montecitorio
 00186 ROMA

Orbis (London Ltd.)
 66, Kenway Road
 London S.W 5

Institutum Historicum
 Polonicum Romae
 19, Via Virginio Orsini
 00192 ROMA